



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

Liber CCXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXVIII.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Colloquia Parisiis pro reddenda unioni
irrito conatu habita.*

*Lafiteau hist.
Unig. l. 3.
pag. 269.
Dorsann.
Journ. t. I.
pag. 321.*

Postquam Renitentium Episcoporum pertinacia cuncta unionis tantopere totque votis exoptatæ remedia eluserat, Cardinalis Rohanius velut ultimum admoturus arietem censuit, ad reddendam inter Pastores concordiam nil aptius fore, quam si frequentes haberentur Præsulum consultationes, simulque juncta cum omnibus Episcopis acceptantibus opera & consilio conficeretur epistola, in qua vindicata Constitutionis æquitate adhuc magis diserte ac dilucide, quam hucusque factum, proscriptionum propositionum sensus explicaretur, & condemnata a non condemnatis solerter segregarentur, ac tandem hæc epistola

Sere

Serenissimo Regenti eo fine traderetur, ut illam Episcopis refractariis tanquam suarum difficultatum explicationem Rex exhiberet. Non deerant ex ipsis Acceptantibus Episcopis, qui de prospero hujus consilii successu dubitarent: cum autem Aurelianensis Dux hoc Rohanii consilium ratum haberet, & ipse Cardinalis Noaillius reconciliationis spem facere videretur, ejusmodi consultationes haberi, decretum est. Hoc comperto ex Acceptantibus triginta duo, qui tum absentes erant Lutetiam Parisiorum convenire, & Maillyus Rhemensis Archiepiscopus quoque eo venire rogabatur, qui quidem ob graves tumultus in sua Diœcesi excitatos interesse haud poterat, datis tamen literis congregatos precabatur, ut fidei professionibus, quas renitentes Episcopi essent submitteri, se decipi haud paterentur, & nequaquam explicationes, quin prius de sincera Constitutionis acceptatione securi essent, admitterent; non enim, inquiebat ille, veritas dissimulationem admittit, nec Ecclesia de suis decisionibus deliberari permittit, indignum est transigere, quando obedire præcipitur: Igitur octodecim Episcopi in Cardinalis Rohanii Palatio conveniunt, ac concordiconatu epistolam conficiunt, eamque Cardinali Noaillio tradunt. Hic suas adjecit notas, adhuc alias addendi

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Sæc. XVIII. libertate sibi reservata, postquam desuper
A. C. 1717. super cum ceteris Episcopis sibi adhaerentibus deliberaverit. Postmodum hæc eadem Epistola secundis curis elaborata rursus traditur Noaillio, qui quædam immutari petiit, prout etiam factum, quin vel exigua animos conciliandi spes affulgeret. Quocirca Serenissimus Regni Moderator Acceptantibus exposuit, sibi magis proficuum videri, si se præsentem ex Acceptantibus quatuor vel quinque Episcopi, & totidem ex Noaillii factione hac super re consultarent. Placuit cunctis hoc Regentis consilium. Acceptantes ergo seligebant Cardinalem Rohanium, Leonem de Gasures Bituricensem, Armandum de Bezons Burdegalensem Archiepiscopos & Ponzetum Uctiensem, & Vasatiensem Episcopos, Noaillius vero nominabat De Seve Atrebatensem, De La Broue Mirapicensem, Noaillium Catalaunensem, Andream Deuillet Bajonensem & Petrum de Langle Boloniensem Episcopos. Præprimis vero Acceptantes Regni Regentem rogabant, ut suæ conniventis rationes, quibus permoti Opponentibus suppetias ferrent exponere permetterentur, nec circa doctrinam discussio inciperet, nisi prius Opponentes suam acceptationis formulam Acceptantium examini subiecissent, &

& stabilito doctrinæ consensu reniten-
 tes præprimis polliceantur, quod Con-
 stitutionem acceptare, atque accepta-
 tionis modum ad Acceptantium vota
 promulgare velint, ac denique, ut si
 circa doctrinæ articulos cum Reni-
 tentibus convenerint, hi tamen Bullam
 acceptare renuerent, omnia tanquam
 irrita haberentur, nec unquam do-
 ctrinæ articuli a præfatione & conclu-
 sione ab Acceptantibus cum Reniten-
 tium consensu apponenda segregarentur.
 His conditionibus adimpletis Acceptan-
 tes suo honori & simul Constitutionis
 auctoritati, consultum fore censebant.
 Noaillius etiam cunctas has conditio-
 nes ratas habuit, Acceptationis tamen
 formam, priusquam doctrinæ articuli
 examinarentur, Acceptantium discus-
 sioni relinqui, nullatenus concedere vo-
 luit, sæpius ingeminans, Episcopis circa
 doctrinæ capita semel conspirantibus,
 facili negotio circa acceptationis mo-
 dum Episcopos in eandem sententiam
 abituros: Attamen Acceptantes & præ-
 cipue Bissyus Cardinalis cedere, con-
 stanter renuebant: probe enim prospere-
 rant, quod, si antequam acceptatio-
 nis forma approbaretur, circa doctrinæ
 articulos consentirent, renitentes Con-
 stitutionem acceptandi necessitatem e-
 luderent, asserentes, se cum Acceptan-
 tibus

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Ff 2

tibus

Sæc. XVIII. tibus eandem fidem profiteri, eorum
 A. C. 1717. sententias esse orthodoxas, sequen-
 lum fovere errorem, proin expressam
 Constitutionis acceptationem, utpote
 meræ solemnitatis actum, non esse ne-
 cessariam. Hinc Acceptantes Noaillo
 ceterisque sibi adhærentibus reposuerunt,
 si vestra Acceptatio est bona, illam
 exhibere non nocebit, si vero est ma-
 ligna, quid vobis proderit noster in do-
 ctrina consensus? cum vobis ipsis fa-
 tentibus hic ipse consensus pro nullo
 habeatur, nisi prius sincere Bullam
 acceptaveritis: Percepta horum decla-
 ratione Noaillius tanta importunitate,
 tamque copioso apparentium rationum
 apparatu Serenissimo Regenti, salvo ob-
 tentoque Doctrinæ consensu, Reniten-
 tium acceptationem ferme inutilem esse,
 exposuit, ut hic Acceptantes, quate-
 nus circa hoc caput Noaillo cederent,
 iterato sollicitaret, qui etiam ob reve-
 rentiæ metum inviti licet, ex mera in-
 dulgentia assensere, petentes tamen
 ut circa reliquas conditiones suam fidem
 obstringerent renitentes Episcopi. Ergo
 Doctrinæ capita ad octo articulos re-
 ducta discutuntur, in quibus Accep-
 tantes haud pauca emendari petebant
 reclamantibus ceteris. Exhibentur illis
 plurium Episcoporum explicationes
 quibus eorum difficultates penitus diffi-

patæ videbantur: pertinaciter tamen Sæc. XVIII.
 Renitentes Episcopi damnatas propo- A. C. 1717.
 sitiones vindicare, eisque errores, qui per
 Bullam nullatenus proscripti erant, attri-
 buere nitebantur, pluresque ex propo-
 sitionibus damnatis in nullo sensu dam-
 nari potuisse propugnabant, ac deni-
 que circa libertatem & mortem Christi
 pro omnibus hominibus æquivocas ad-
 hibebant explicationes. Tandem vero
 de doctrina inter partes conventum,
 nil ergo reliquum esse videbatur, nisi
 ut Episcopi refractarii ad acceptandam
 Constitutionem redigerentur.

§. II.

Appellatio quatuor Franciæ Præsulum ad proximum Concilium.

Equidem renitentes Episcopi hanc Con-
 stitutionis acceptationem palam re-
 cusare haud poterant, eoquod se illius
 formulam exhibere, eamque Acceptan-
 tium examini subjicere spondissent:
 Serio igitur de ejusmodi formula agitur,
 hancque in rem in Regio Palatio Deputa-
 torum Præsulum habetur conventus,
 cui ipsemet Regni Moderator, Cancel-
 larius, Noaillius Dux, Uxellius & Effia-
 tus Marchiones intererant. Præpri-
 mis Rohanius Cardinalis exposuit, su-
 pervacaneum esse in conficiendis novis

*Kettel.
 Decad. VI.
 pag. 830.
 Mem. de
 l'Appell.
 Acta publ.
 Const. n. 252.*

F f 3

acce-

Sæc. XVIII. acceptationis formulis desudare, suffi-
 A. C. 1717. cere illam, quam ipsemet Cardinalis

Noaillius vivente adhuc Rege exhibuit:
 fet: his auditis mox Noaillius varias
 protulit rationes, ob quas acceptandi
 modum defuncto Regi exhibitum haud
 ultra ratum habere posset: Hoc re-
 sponso Noaillius sat testatum reddidit,
 quod ejus promissis ferme semper ope-
 ris constantia defuerit, cum paulo ante
 Serenissimo Regenti fidem fecisset, ac-
 ceptationem ferme pro re jam confecta
 haberi posse, si semel unanimis circa
 doctrinæ capita consensus obtineretur:
 hac vero agendi ratione offensus Regni
 Moderator jam in eo erat, ut solemni
 declaratione de toto Constitutionis ne-
 gotio cunctis silentium imponeret: Die
 autem duodecima Februarii Cardinalis
 Noaillius novam acceptationis suæ for-
 mulam prælegi voluit, quod Regni Re-
 gens omnino prohibuit. Interim uni-
 versum Franciæ Regnum scriptis ac li-
 bellis inundabatur, quibus alii puræ
 & simplicis acceptationis, alii explica-
 tionum necessitatem exaggerabant:
 Convenerant obedientes Episcopi in
 ædibus Cardinalis Byssii, decreverant
 libellos famosos, Parochorum epistolas,
 & Parlamentorum edicta censuris per-
 stringere, cunctosque suarum Diæce-
 sum Ecclesiasticos, qui acceptationem
 revo-

revocarunt, promeritis pœnis castigare: **Sæc. XVIII.**
 suffragabatur eisdem ipsum Parisiensis **A. C. 1717.**
 Senatus decretum, vi cuius Episcopis,
 eorumque Officialibus facta est pote-
 stas animadvertendi in eos omnes, qui
 contra Episcoporum mandata insurge-
 re, eisque saltem obsequiosum silen-
 tium denegare præsumpserint. Hæc
 in favorem Constitutionis ab Episcopis
 acceptantibus agebantur: haud segnior
 pro sua factione erat Cardinalis Noail-
 lius, qui, ut suos ab acceptationis ne-
 cessitate eximeret, scriptum edidit, in
 quo declarabat, quod viginti sex pro-
 positiones ex illis centum & una essent,
 quæ in suo proprio ac obvio sensu ac-
 ceptæ nulli censuræ in Constitutione
 pronuntiatæ obnoxii forent: insuper
 Opponentes Episcopi acceptationis for-
 mulam adeo vitiosam exhibuere, ut
 Acceptantes illam discutere haud di-
 gnati, mox eam summa cum indigna-
 tione rejicerent. Tandem vero qua-
 tuor Episcopi Petrus Mirapicensis, Joa-
 chimus Montpeffulanus, Petrus Bolo-
 niensis & Joannes Senecensis, veluti
 diuturnam negotiationem, aut potius
 protractas ceterorum simulationes &
 fallacias pertæsi aperta audacia non sine
 maxima fidelium offensione palam ru-
 ptis debitæ moderationis repagulis
 ipsam Papæ Constitutionem ad futu-
 runa

Sec. XVIII. rum Concilium die prima Martii de-
 A. C. 1717. nuntiarunt, hujusque appellationis in-
 strumentum Parisiis die quinta ejus-
 dem Mensis publici juris fecerunt, hu-
 jus tenoris.

Quem nos intimo animi sensu acer-
 bissimum dolorem concepimus et
 luctuoso illo negotio, quo tota jam
 pridem commovetur Ecclesia Gallicana,
 is non noster tantummodo est, sed com-
 munis multorum, eorumque præcipue,
 qui sinceriori affectu sanctam Sedem
 Apostolicam diligunt, ac venerantur.

Scilicet ex quo prodiit in lucem
 constitutio, quæ incipit: *Unigenitus Dei
 Filius*, non sine lacrimis viderunt boni
 omnes, exultare inimicos Ecclesiæ, con-
 tinuis impiorum atque hæreticorum
 contumeliis impeti fidelem populum,
 titubare infirmam adhuc Neophytorum
 fidem, periclitari salutem plurimorum,
 funestissimos passim dissensionum æstus
 concitari, triumphare turbulentos que-
 que perniciosarum corruptelarum pa-
 tronos, purissimam cælestis doctrine
 lucem profanæ Novitatis caligine ob-
 scurari, omnes Regni ordines, Magi-
 stratus, viros Ecclesiasticos, Faculta-
 tes Theologicas, sacrum imprimis Theo-
 logorum Parisiensium ordinem, tanta
 eruditionis laude fulgentem, ipsam
 etiam Principem Academiam, Eccle-
 siarum,

fiarum Rectores, Episcopos, Regnum Sæc. XVIII.
denique univcrsum, angoribus ac mo- A. C. 1717.
lestiis implicari.

In his periculosis & asperis tempo-
ribus, dum sanctissimi quique Sacerdo-
tes ante Altare Christi jacent provo-
luti, dum universa fidelium multitudo
supplices tollit ad Cælum manus, nos
quoque non cessavimus orare, ac de-
precari eum, a quo sacrum fidei depo-
situm custodiendum accëpimus, ut ipse
illud saluum semper atque integrum
pro sua immutabili promissione servaret.

Nec minore cura interim in id in-
cumbendum esse duximus, quod a No-
bis Pastoralis officii sollicitudo postula-
bat, ut & debitam auctoritati summi
Pontificis, qui primatum habet a Christo
in univcrsa Ecclesia, reverentiam &
indivisam unitatis Ecclesiasticæ con-
junctionem, & sacra veritatis Christia-
næ jura nusquam quoad possemus,
violari pateremur.

Novit Christianus Orbis, nihil non
a triennio omnimodis conatibus, obse-
rationibus, & obtestationibus tentatum
fuisse apud sanctissimum Dominum no-
strum Dominum Clementem Papam un-
decimum, sperabamusque fore, ut eos,
qui veritatis æquitatisque studio ducti
publicos gemitus fidelium, & proprios
mærentis animi sui sensus in ejus sinu

Sæc. XVIII. deponere cupiebant pro more antece-
A. C. 1717. forum suorum benigne exciperet, &
 tacitam sibi fuisse veritatem, falsita-
 temque suggestam, tandem aliquando
 agnosceret. Quod quidem cum nulla
 ex parte impetrari potuerit, nondum
 discussis nimirum pravæ insinuationis
 nebulis, cumque crescant in dies scanda-
 lala, dissensiones effervescent, turbe-
 tur Pax Ecclesiæ, Christiana veritas la-
 befactetur, nos a Spiritu sancto positi
 regere pro parte nostra Ecclesiam
 Dei in veritate & charitate, ad illud
 remedium confugere tenemur, quod
 uti certum & efficax est, sic in his re-
 rum angustiis necessarium. Itaque ma-
 jorum nostrorum vestigiis insistentes ad
 conservandam veritatem & restauran-
 dam Ecclesiæ pacem, totum hoc ne-
 gotium ad universalem Ecclesiam dele-
 rimus, quæ & supremum est spiritalis
 auctoritatis Tribunal, & inconcussa ve-
 ritatis columna, & tutissimum sacra-
 rium pacis & charitatis.

Quo quidem consilio tantum abest
 ut quidquam Sedis Apostolicæ honori
 auctoritati, unitati detractum derogat-
 tumque velimus, ut potius his omni-
 bus fovendis atque tutandis, nihil ac-
 ptius esse ac magis accommodatum uni-
 versa sanctorum Patrum Traditione
 fulti, censeamus.

Ad

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Ad hujus ergo Appellationis remedium confugientes, Nos Episcopi infra scripti dicimus & proponimus, nosque loco & tempore opportunis & congruis probaturos offerimus, quæ sequuntur.

In primis quod nonnullarum, quas præfata Constitutio damnat, propositionum censura labefactentur fundamenta Ecclesiasticæ Hierarchiæ, sacrosancta Episcoporum jura, libertates Regni, unanimis sententia sanctorum Patrum docentium, Ecclesiam accepisse claves Regni cælorum. Has claves, inquit S. Augustinus, *non homo unus sed unitas accepit Ecclesiæ: fides Beatissimi Apostolorum Principis Petri, & ceterorum Apostolorum dicentium, obedire oportet Deo magis quam hominibus: quæ quidem Propositiones illæ sunt, quæ sequuntur, videlicet.*

XC. *Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores de consensu saltem præsumpto totius corporis.*

XCI. *Excommunicationis injustæ metus, nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro. Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per caritatem affixi sumus.*

XCII.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

XCII. *Pati potius in pace excommunicationem & Anathema injustum, quam perdere veritatem, est imitari sanctum Paulum tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem aut scindere unitatem.*

Quæ insuper in hoc negotio toto, & legitima omnium universe Episcoporum auctoritas, & sacræ Regni libertates pluribus nominibus violatæ sint, tum in decreto illo conficiendo, tum in iis, quæ Decretum illud complectitur, tum post Decretum editum in quodam Brevis sanctissimi Domini D. N. Papæ, cui titulus Gallica lingua præfixus: *Brevis S. D. N. P. Clementis XI. Papæ die 17. Martii 1714. ad Cardinales, Archiepiscopos & Episcopos Franciæ Parisiis Anno 1713. & 1714. congregatos propter acceptationem factam Constitutionis sue Sacrosanctitatis 8. Septembr. 1713 &c. contra dignitatem Episcoporum, contra omnes Regni Leges Typis mandato atque inserto iis commentariis, quibus titulus Proces Verbal &c. cum in dicto Brevis Episcopis, quibus potestas judicandi in materia ad fidem, ad mores, ad disciplinam pertinente a Christo immediate tradita est, solum exequendi Decretum Romani Pontificis Ministerium relictum esse videatur.*

Quod Censura feriantur Propositiones, quæ sanctorum de poenitentia canonum genuinam mentem ac spiritum

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

omnem exprimunt, adeoque veras continent pœnitentiæ leges, summorum Pontificum, Cleri Gallicani, & sanctissimorum quorumque Præfulum auctoritate comprobatas, a quibus pendet, & legitima sacramenti administratio, & salus æterna fidelium: nimirum esse differendam reconciliationem iis peccatoribus, qui nondum habent spiritum pœnitentiæ & contritionis, nec portant cum humilitate, nec sentiunt peccati statum. Sunt autem Propositiones illæ, quæ sequuntur.

LXXXVII. *Modus plenus Sapientia, lumine, & caritate, est dare animabus tempus portandi, cum humilitate, & sentiendi statum peccati, petendi Spiritum pœnitentiæ, & contritionis, & incipiendi ad minus satisfacere justitiæ Dei, antequam reconcilientur.*

LXXXVIII. *Ignoramus, quid sit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & detestamur separationis istius ferre confusionem.*

Quod eadem Constitutio firmissima Christianæ morum disciplinæ fundamenta, ipsumque divini amoris maximum & primum Mandatum convellat, damnatis iis vocibus, Prop. 61. quibus significatur amoris divini necessitas, tum ad perficiendam voluntatis conversionem.

versio-

Sæc. XVII. versionem, tum ad peragendas, sicut
A. C. 1717. præceptum est, actiones nostras, eas
 scilicet ad Deum tanquam ad finem
 ultimum, actu aut virtualiter referen-
 do. Id manifeste apparet ex damnatis
 aliquot propositionibus, sicuti ex hæc
 quadragesima quarta, quæ verbis sancti
 Leonis Papæ (a) plurimorum Sancto-
 rum Patrum (b) & Cardinalis Stanislai
 Hosii (c) unius e Concilii Tridentini
 præsidibus, plane similis est.

XLIV.

(a) S. Leo Serm. 5. de jejuniis septimi
 Mensis: *duo amores sunt, ex quibus omnes
 prodeunt voluntates, ita diversæ qualitatis,
 sicut dividuntur auctoribus, rationalis enim
 animus, qui sine dilectione esse non potest, aut
 Dei amator est, aut mundi, in dilectione Dei,
 nulla nimia, in dilectione autem mundi cuncta
 noxia.*

(b) S. Aug. l. 9. de Trinit. c. 7. & 8. S. Ful-
 gent. l. 1. ad Monim. cap. 18. S. Greg. l. 18.
 Moral. 9. alias 8.

(c) Confessio Catholicæ fidei Petricoviens-
 sis Synodi nomine a Domino Stanislao Hosio
 Cardinali Episcopo Warmiensi conscripta,
 cap. 76. *Augustinum secutus Petrus Lombardus . . .
 neque impleri nisi per caritatem neque
 ad alium finem præterquam ad caritatem ea
 (præcepta) recte referri docet. Quamobrem in
 utriusque Tabulæ præceptis, non tam quid ex-
 terius*

XLIV. *Non sunt nisi duo amores, unde volitiones & actiones omnes nostræ nascuntur: amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur, & amor quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui, quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ipsum fit malus.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Quod

terius geratur, quam quod intus fiat, ex qua radice, quod fit proficiscatur, attenditur. Sunt enim in cordibus hominum radices duæ, Charitatis una, quam plantat agricola Christus: cupiditatis altera, quam plantat Diabolus, nihil ex illa mali, nihil ex hac boni nascitur, hoc docuit, hoc docet, hoc docebit semper sancta Catholica Ecclesia. . . etiam pueri didicimus in Ecclesia, non quid sed propter quid faciamus aliquid, Deum attendere: adeo ut si quid ex radice Caritatis profectum non sit, nihil sit nobis utilitatis allaturum. Hanc etiam excellentiorem esse viam docet Apostolus, quæ per se ambulantes ducit ad patriam & sicut sine via nullus pervenit eo, quo tendit, ita sine caritate non ambulare possunt homines, sed errare, hæc enim est summa bonarum actionum, salus morum, finis cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum, sine hac Deo nemo placuit, ad hanc ergo Dei caritatem, sive dilectionem referimus cetera præcepta omnia, adeo ut persuasum habeamus, proximos quoque diligendo nisi propter Deum,

☩

Sæc. XVIII. Quod aliæ præterea Propositiones,
A. C. 1717. quas singulatim recensere, præsentis
 instrumenti angustia non sinunt, cen-
 sura configuntur, quæ tamen nihil aliud
 prædicant, quam necessitatem, excel-
 lentiam, fructus, & consecraria cari-
 tatis, quæ est *finis præcepti*, & *finis*
qua nihil nobis prodest. Quibus in pro-
 positionibus vox illa, (Charitas) eo-
 dem plane sensu, ac passim apud scri-
 pturam & sacros Patres, hoc est, pro
 quolibet amore casto, etiam actuali &
 inchoato, usurpatur (a). Quod ista
 variarum Propositionum censura non
 solum

*Et in Deo charos eos habeamus, non modo nos
 officio nostro functos non esse, verum etiam pec-
 cati gravis reos factos. Hoc est quod a Thoma
 quoque Aquinate scriptum legimus: quod om-
 nium actuum humanorum regula, lex est cari-
 tatis divinæ; sicut enim videmus in artificiali-
 bus, quod unum quodque opus, tunc bonum &
 rectum dicitur, quando regulæ coæquatur, &
 etiam quodlibet opus humanum tunc rectum &
 virtuosum est, quando Regulæ Divinæ dilige-
 nis concordat, quando vero discordat ab hac
 Regula, non est bonum nec rectum.*

(a) S. Aug. l. de spirit. & lit. c. 4. l. de
 Grat. Christi c. 21. & alibi. Estius Com. in 1.
 ad Cor. 13. & censuræ adversus apologiam
 Casuistarum in artic. sub Innoc. XI.

solum defervesceret sacer ille ignis, quem Sæc. XVIII.
 venit mittere in terram Christus Do- A. C. 1717.
 minus, sed etiam eriperetur Divina
 illa lux, quam possunt fideles cujus-
 cunque ætatis, sexus & conditionis
 percipere ex pia lectione *scripturæ sa-*
crae, quæ communiter omnibus proponitur,
 (b). Quod prædicta constitutione dam-
 natæ sint, ac reprobatae variæ Propo-
 sitiones, quarum aliæ idipsum præ se
 ferunt, quod Prophetæ, Apostoli & sancti
 Patres nobis tradiderunt circa Veteris
 ac Novi Testamenti discrimen, aliæ
 hoc ipsum indicant, quod primo sym-
 boli articulo comprehenditur, teste
 sancto Augustino (c) scilicet voluntate
 cujuscumque creaturæ, voluntatis omni-
 potentis non impediri effectum: aliæ
 demum eam doctrinam complectuntur,
 quam sunt professi sancti Doctores ac
 ipsi etiam summi Pontifices docuerunt,
 tum circa alia capita, tum circa auxi-
 lium illud ad singulos actus necessa-
 rium, quod habet suam efficaciam ab
 omnipotentia Dei, & a Dominio, quod
 summa Divina Majestas habet in vo-
 luntates hominum, sicut in cetera om-
 nia,

(b) S. Thomas I. p. I. art. 9.

(c) Enchir. c. 96. Tom. 6. p. 231. 223.

(d) Clem. VIII. in Scripto.

Sæc. XVIII. **A. C. 1717.** nia, quæ sub cælo sunt, seu quemad-
modum Concilia etiam generalia (e)
 loquuntur, quo Deus per Jesum Christi-
 sum jungit nos sibi efficaciter solius
 suæ gratiæ dono, stante semper libera
 dissentendi potestate. Quod dicta con-
 stitutio, notas & quidem asperrimas
 & atrocissimas inurat indiscrimina-
 tim Propositionibus, quarum complures
 ipsismet scripturæ, Conciliorum, sum-
 morum Pontificum, sanctorumque Pa-
 trum vocibus constant. Talis est Pro-
 positio vigesima septima.

XXVII. *Fides est prima gratia & fons*
omnium aliarum, quæ omnino similis est
& congrua his verbis sancti Augustini,
quam gratiam primo accepimus (f) Fidem,
his verbis Concilii Tridentini: Fides est
humane salutis initium, fundamentum, &
radix omnis justificationis: his verbis Bo-
nifacii secundi Papæ Epist. ad Cæsar.
Arelat. certum est atque Catholicum, quod
in omnibus bonis, quorum caput est Fides,
nolentes nos misericordia Divina præce-
niat: verbis denique complurium alio-
rum Patrum, quæ ipsius scripturæ sa-
cræ sententiis consonant. Talis est et-
tiam Propositio duodecima.

(e) Trid. Sess. 6. Can. 4. Tom. XII. Concil.
 Labb. col. 281.

(f) Tract. 3. in Joan. n. 8. Trid. Sess. 6. c. 8.

XII. Quando Deus vult salvare animam, quocunque tempore, quocunque loco effectus indubitalis sequitur voluntatem Dei. Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Quæ ipsamet sancti Prosperi sententia est e latinis versibus in Gallicos translata, ac in eo ipso libro, unde excerpta est hæc Propositio, sub nomine sancti illius Doctoris citata (g) & quam constans ac perpetua docuit Ecclesiæ, tum occidentalis, tunc Orientalis Traditio.

Tales sunt complures aliæ Propositiones, quæ nihil aliud exhibent, quam sermonem usitatum in sacris Libris, consecratum Traditione perpetua sæculorum omnium, usuque fidelium constantissimo confirmatum.

Quod ab iis, qui Propositiones illas damnandas sanctissimo Domino nostro Papæ obtulerunt, in alienos sensus fuerint detorta auctoris verba, falsa interpretatione in latinam linguam translata sententiæ, non satis sincera fide e libro excerptæ Propositiones, auctori inaudito ac indefenso, quamquam ut audiretur, postulare non desierit, atrocissimæ inustæ notæ, non satis consultum honori Eminentissimorum ac illustrissimorum hujusce operis approbatorum, ea demum ratione ac forma, latum fuerit decretum illud, qua se-

Gg 2 (mel)

(g) S. Prosper carm. de ingratis cap. 13.

Sæc. XVIII. mel admissa, nec liber ullus, nec auctor
 A. C. 1717. intactus, ac tutus deinceps esse possit.

His atque aliis quamplurimis de
 caussis, quas parati sumus tempore &
 loco debitis fufius exponere, nos ad Do-
 minum nostros animos dirigentes, multam
 fiduciam ab ipsa, quam sequimur veritate
 concipientes, non omittentes omnia agere,
 quæ auxiliante Dei gratia, credimus pro-
 futura (a). Donec sedata turbidæ notis
 procella . . . veritas radios suos per
 universa diffundat, firmaque fide certi,
 quod sanctæ Ecclesiæ suæ, nec desit,
 nec defutura sit divina protectio: præ-
 missis expresse Protestationibus, quod
 nihil unquam dicere, atque etiam sen-
 tire intendamus contra unam, sanctam
 Catholicam, Apostolicam & Romanam
 Ecclesiam, sanctæque Sedis Apo-
 stolicæ auctoritatem, cui ad extremum
 usque spiritum indivulsa communione
 adhæsueros nos esse profiteamur, quod-
 que a debita, sanctissimo Domino no-
 stro Papæ legitima reverentia nusquam
 simus discessuri, ad laudem Dei omni-
 potentis, conservationem, & exaltatio-
 nem Catholicæ fidei & antiquæ Do-
 ctinæ, pacem & tranquillitatem Ec-
 clesiæ & Regni, defensionem jurium
 Epi.

(a) Leo ep. 44. ad Julian. Ep. 45. ad Con-
 stantinopol.

Episcopatum, ac libertatum Ecclesiæ ^{Sæc. XVIII.}
 Gallicanæ a prædicta constitutione, ^{A. C. 1717.}
 cui titulus: Sanctissimi Domini nostri
Domini Clementis Divina Providentia
Papæ undecimi damnatio quamplurimum
Propositionum, excerptarum ex libro
Gallico idiomate impresso, & in plures
tomos distributo sub titulo: Novum te-
stamentum &c. cum prohibitione ejus-
dem libri, & aliorum quorumcumque
in ejus defensionem tam hætenus editorum
quam in posterum edendorum, quæque in-
cipit his verbis Unigenitus Dei Filius,
 data Romæ apud sanctam Mariam Ma-
 jorem anno incarnationis Dominicæ
 millesimo septingentesimo decimo tertio
 sexto Idus Septembris, Pontificatus
 sanctissimi Domini nostri Clementis
 Papæ undecimi anno decimo tertio &
 ab omnibus inde secutis & secuturis
 tam pro nobis quam pro omnibus ad-
 hæsuris in hac parte provocamus & ap-
 pellamus ad futurum concilium gene-
 rale legitime ac in tuto loco congre-
 gandum & quod libere & cum securi-
 tate nos, vel a nobis deputandi adire
 possimus, & ad illum vel illos, ad quem
 vel quos pertinet de hoc genere caus-
 arum ferre judicium,

„Et ne dictus sanctissimus Dominus
 noster Dominus Papa undecimus, prava

Gg 3

ob

Sæc. XVIII obrepentium quorundam insinuatione
A. C. 1717. permotus contra nos, Ecclesias, pa-
 rochos, & subditos nostros quoquo
 modo procedat, aut procedi faciat sua
 aut alia auctoritate quacunque, ex-
 communicando, suspendendo, inter-
 dicendo, deponendo, privando, vel
 alio quovis modo & ut nostri adhæren-
 tium nobis & adhærere volentium sta-
 tus in omnibus salvi debeant remanere
 pro nobis, Ecclesiis, parochis, & sub-
 ditis nostris ac pro nobis adhærentibus,
 seu adhærere volentibus, in hac parte
 ab omnibus & singulis gravaminibus
 prædictis illatis, seu inferendis, ad
 prædictum futurum concilium generale
 & ad illum vel illos, ad quem vel quos
 de jure fuerit appellandum provoca-
 mus & appellamus in scriptis & Apo-
 stolos cum instantia petimus: suppone-
 tes nos, Ecclesias, parochos, subditos
 nostros, adhærentes nobis & adhæ-
 rere volentes, & ipsorum statum & jura
 protectioni Dei & universalis Ecclesie
 ac prædicti Concilii Generalis & pro-
 testantes de innovando Appellationem
 ejusmodi, ubi & quando, & coram
 quibus nobis visum fuerit expe-
 dire. ,,

Hoc appellationis instrumentum hi
 quatuor Episcopi per Tabellarium no-
 mine

mine Durand, cui pro mercede septies mille quingentas libras & pro itineris sumptibus bis mille Imperiales dederunt, Romam missum, publice ibidem ad Datariam, in Acie Campi Flori, aliisque solitis locis affixerunt, ac insuper Mirapicensis Episcopus mandatum & instructionem Pastoralem edidit, in qua Acceptantium Episcoporum gesta & mandata traducens, plures propositiones a Papa damnatas tanquam Ecclesie veritates propugnabat.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. III.

Parisiensis Facultas Theologica horum appellationi adhærens.

Eadem die quinta Martii præfati quatuor Episcopi suæ appellationis tabulas ad ipsam Sorbonæ Aulam ipsimet deportarunt, atque comitiis hanc in rem habitis interfuere, ubi ceterorum nomine Mirapicensis exposuit rationes, ob quas appellare coacti essent contra Constitutionem, quæ veritatem eliminat, moralem doctrinam evertit, Principum potestatem extinguit & Episcopalis Ordinis jura violat, tot igitur malis nullum præsto esse remedium quam recursum ad Concilium Generale, ajebat: Indignabantur Doctorum nonnulli,

*Acta &
Decreta
S. Facult.
pag. 30.*

Gg 4

quod

Sæc. XVIII. quod contra legem & usum S. Facultatis pluribus retro sæculis constanter observatum ex hisce unus, scilicet Senecensis Episcopus, qui nequidem Magisterii jure potiebatur, inter Sorbone Doctores, tacente imo & applaudente Syndico confedere ausus esset. Verum ea tum erat temporum iniquitas, ut quicquid numero potioribus libuit, licitum diceretur: Infigante igitur eodem Syndico, & petentibus Episcopis Appellantibus mox Facultatis Doctores eorum appellationi accedendum esse decrevere, & statim, quin in re tanti momenti prius, ut mos ferebat, Deputatos designarent, velut abreptiti nec palam proposita, nec matura deliberatione discussa nec rogata, nec explorata ceterorum sententia, nec ad severiorem examinis trutinam revocata, ad generale Concilium appellarunt, hujusque funestæ appellationis, quæ tot barbarum in Regno fons & origo existit, actum scribis ad id studiose vocatis consignarunt; atque in comitiis prælegi jusserunt, his verbis conceptum

„Sacra Facultas adhæret appellationi interjectæ ab illustrissimis Ecclesiæ Principibus Episcopis Mirapicensi, Senecensi, Montis Pessulano, & Boloniensi ad Concilium Generale a Constitutione summi Pont-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Pontificis Clementis undecimi, quæ incipit: *Unigenitus* &c. & ab iis inde secutis aut secuturis, & a gravaminibus seu illatis seu inferendis a sanctissimo Clemente undecimo sua aut alia quacunque auctoritate, quam Constitutionem facer ordo pluribus conclusionibus declaravit, se non acceptasse, cujus appellationis instrumentum lectum est, & traditum in comitiis, cunctaque, quæ in eo continetur probata: actum hujus adhæſionis illustrissimis Episcopis concedit, parataque est sacra Facultas sese adjungere ubicunque & quandocunque opus fuerit ad prosecutionem hujus appellationis coram Concilio Generali libere & legitime congregando, & apud quem vel quos poterit pertinere, eamque Appellationem suo nomine prosequi.,

Adversus hanc Facultatis appellationem Præsules Gallicani ferme omnes ob læsa Ecclesiæ jura, & calcatam contritamque supremam auctoritatem gravissime questi, hanc appellationem tanquam nullam, frivolam, illusoriam, temerariam, scandalosam, schismaticam, atque errori hæresique faventem detestati sunt: licet enim, ajebant ipsi, in S. Facultate die nona Februarii anno sæculi elapsi sexagesimo tertio conclusum fuisset, *in certis casibus Concilium*

Gg 5

Ge

Sæc. XVIII. *Generale absolute esse necessarium*, in præ-
A. C. 1717. senti tamen negotio a doctrinæ capitulis,
 quæ a summo Pontifice, accedente
 Episcoporum consensu decisa sunt, pro-
 vocare, idem esse, ac ab Ecclesia ad
 Ecclesiam, & ab eodem Tribunali ad
 idem Tribunal appellare, cum Ecclesia
 dispersa perinde ac in Conciliis congregata,
 vera sit Christi Ecclesia, cui Spiritus
 sanctus perpetuam assistentiam
 promisit.

§. IV.

Idem a Rhemensi & Nannetensi Facultate Theologica attentatum.

*Mem. de
 d' Appell.
 pag. 31.
 Acta publ.
 Const. p. 265.*

Jam antea Ravehetus Parisiensis Facultatis Syndicus de futuræ appellationis remedio Guilielmum Rogentium Rhemensis Facultatis Theologicæ Decanum certiozem reddidit, atque ad Parisiensis exempli imitationem eandem Facultatem sollicitavit. Nec sponte currentibus calcar addere necesse erat ipsa enim sese de suo Archiepiscopo appellandi opportunitas quosdam hujus Facultatis Doctores tam strenue incitabat, ut jamjam die octava Martii Regios scribas ad Aulam S. Patritii in Universitatis Rhemensis Collegio advenirent, eisque præfatus Decanus Facultatis decretum, quo sese quatuor Episcopi

Episcoporum appellationi inhærere de- Sæc. XVIII.
clarabant, publica auctoritate firman- A. C. 1717.
dum traderet: Hoc autem decretum
his verbis erat conceptum:

„Anno Domini millesimo septingen-
„tesimo decimo septimo, die vero octava
„Martii hora post meridiem secunda,
„in sacræ Facultatis Rhemensis comi-
„tiis extra ordinem habitis apud san-
„ctum Patricium, ad quæ singuli Ma-
„gistri ostiatim convocati fuerant, ad-
„erantque numero viginti quinque, ve-
„nerandus Dominus Rogierus Decanus
„& præses exposuit sacro ordini, se a
„Viris fide dignissimis accepisse Apo-
„grapha, tum instrumenti Appellatio-
„nis ad futurum Concilium Generale
„die prima hujus Mensis interjectæ per
„quatuor illustrissimos Galliarum Episco-
„pos cum illius conclusione, qua die hu-
„jus Mensis quinta sacra Parisiensis Fa-
„cultas huic Appellationi adhæsit, at-
„que se existimasse officii sui esse, ut hæc
„instrumenta communicaret cum sacra
„Facultate, sibi que videri illa impræ-
„sentiarum esse legenda, audito prius
„hac de re Domino Syndico, consen-
„tientibusque Magistris omnibus, a Do-
„mino scriba præfata Acta statim fue-
„runt perlecta, quorum absoluta le-
„ctione a Domino Decano in delibera-
„tionem adductum est, utrum sacro
„OF

Sæc. XVIII. „ordini conveniret adhærere appella-
 A. C. 1717 „tioni illustrissimorum Præfulum, cui jam
 „adhæsit sacra Parisiensis Facultas, ab
 „que re maturius discussa, ex omnium
 „suffragio, uno excepto, qui superle-
 „dendum censuit, sacra Facultas edi-
 „dit decretum, quod sequitur octo ca-
 „pitibus contentum. „

I. Laudat, nec satis laudandum cen-
 set quoad omnia contenta, instrumen-
 tum Appellationis interjectæ Parisiis
 die prima hujus Mensis coram Mallon
 & Touvenet Tabellionibus Regiis ab
 illustrissimis Episcopis Mirapicensi, Sen-
 necensi, Montispeffulano & Boloniensi
 ad proximum Concilium Generale
 Constitutione summi Pontificis Clemen-
 tis XI. quæ incipit: *Unigenitus Dei Fi-
 lius*, cujus quidem instrumenti tenor
 infra describetur.

II. Adhæret sacra Facultas appella-
 tionis laudatorum illustrissimorum Præ-
 fulum prædicto instrumento expressè
 ad proximum Concilium Generale
 supradicta Constitutione summi Pontifi-
 cis Clementis XI. quæ incipit: *Unigeni-
 tus*, & quoad opus est vel esse potest
 provocat ad dictum Generale concilium
 ab eadem Constitutione atque ab om-
 nibus inde secutis & secuturis, necnon
 a gravaminibus prædictæ Constitutio-
 nis occasione seu illatis, seu inferen-

dis a summo Pontifice Clemente XI. Sæc XVIII.
A. C. 1717.
sua & quacunque alia auctoritate, salva
debita & semper exhibenda a sacro
ordine summo Pontifici reverentia &
obedientia canonica.

III. Cum hujus Constitutionis oc-
casione plura jam sint edita mandata
ab illustrissimo Domino Archiepiscopo,
atque alia in posterum edi possent, sa-
cra Facultas iisdem ducta momentis,
eadem ratione, atque uno eodemque
actu ad idem Concilium Generale, non
quidem sine mærore, ac premente gra-
vissima nullique ignota necessitate ap-
pellat ab omnibus Mandatis in hac Diæ-
cesi Rhemensi pro Constitutionis præ-
dictæ promulgatione, acceptance,
executione, commendatione & defen-
sione editis vel edendis & ab iis omni-
bus, quæ illorum vi facta sint, ac dein-
ceps fieri poterunt, profitetur quoque
se nunquam defuturam ei, quæ il-
lustrissimo Domino Archiepiscopo de-
betur, reverentiæ & canonicæ obe-
dientiæ.

IV. Parata est eadem Facultas se
illustrissimis supra laudatis præsulibus
adjungere ubicunque, quotiescumque,
quomodocunque opus fuerit, ad pro-
secutionis hujus Appellationis coram
Concilio Generali libere ac legitime
congregando, eamque Appellationem
apud

Sæc. XVIII apud quem vel quos pertinere poterit,
A. C. 1717. suo nomine prolequi.

V. Ne dictus summus Pontifex Clemens XI. aut illustrissimus D. D. Archiepiscopus vel quilibet alius Ecclesiasticus Judex, contra nos spirituali gladio abutendo de facto procedat, excommunicando, interdicendo, suspendendo, privando, vel quovis alio modo, nos Decanus, & Magistri sacrae Facultatis Rhemensis supponimus nos & nobis adhærentes, & adhærere volentes, & Facultatem nostram protectioni divinæ Ecclesiæ universalis & prædicti Concilii Generalis, quod quidem in spiritu sancto legitime congregatum, & Ecclesiam Catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem.

VI. Protestatur sacra Facultas nulla, & irrita fore omnia, & singula quæ in contrarium hujus adhæssionis suæ, ad proximumque Concilium Generale Appellationis, auctoritate summi Pontificis vel illustrissimi Archiepiscopi, per eos ipsos, vel per quancunque aliam personam illorum nomine usquam vel unquam fuerint attentata.

VII. Declarat sacra Facultas se præ- Sæc. XVIII.
fenti provocatione nullatenus renun- A. C. 1717.
tiare Appellationi tanquam ab abusu,
quam interponere necesse habuit a Man-
dato illustrissimi Domini Archiepiscopi
Rhemensis dato 5. Octobris 1717. imo
vero eidem Appellationi semper in-
sistere, quippe quam apud integerrimos
judices Senatus Parisiensis profes-
qui intendat.

VIII. Statuit demum sacra Facul-
tas advocandos illico duos Notarios
Regios, qui præsentem conclusionem ac-
cipiant, describant, actumque confi-
ciant a doctoribus præsentibus subscri-
bendum & opportuno tempore iis, qui-
bus opus fuerit, significandum.

Die autem vigesima sexta ejusdem
Mensis tota Rhemensis Universitas hu-
jus Facultatis Theologicæ appellationi
inhæsurâ conventum habuit, in quo
Magister Joannes de Loffe, Rhemensis
Ecclesiæ Canonicus, atque Universita-
tis Procurator Generalis exposuit, quan-
tum in hac luctuosa temporum condi-
tione periclitarentur Religio, Ecclesiæ
Gallicanæ libertates & Regni jura, oc-
casione Constitutionis SS. D. N. Papæ
Clementis XI. quæ incipit: *Unigenitus
Dei Filius*, & quam honesto & legiti-
mo titulo his commodis posset, ac de-
beret universale litterarum studium oc-
currere,

Sæc. XVIII. currere, si adhæreret Appellationi
 A. C. 1717. dicta Constitutione per quatuor illustri-
 simos Episcopos Marapicensem, Senen-
 sem, Montispeffulanum, & Bolonien-
 sem ad Generale Concilium proxime
 futurum libere congregandum inter-
 jectæ: Re a sapientissimo præfide in
 deliberationem adducta, unanimi ac
 summo quatuor Facultatum consensu
 declaravit Universitas, in tam mani-
 festo avitæ fidei, libertatum Ecclesiæ
 Gallicanæ, & jurium Regis, ac Re-
 gni periculo velle se pro suo modo red-
 dere Testimonium veritati, sinceram
 suam fidem erga religionem, Regem &
 Patriam exsolvere, & adhærerere pro-
 pterea, prout de facto adhæret Ap-
 pellationi solemni per quatuor illustri-
 simos Episcopos supra laudatos, tum
 per Ecclesiam Rhemensis complures-
 que alias, ac per multas Theologiæ Fa-
 cultates, Parisiensem præfertim, & Rhe-
 mensis interjectæ a supradicta Consti-
 tutione, insuper provocat eadem Uni-
 versitas ad dictum Generale Concilium
 ab omnibus Mandatis ab illustrissimo
 Remorum Archiepiscopo, aut ejus au-
 thoritate circa negotium dictæ consti-
 tutionis tum editis & a gravaminibus
 ac decretis jam inde secutis vel in po-
 sterum secuturis; salva semper debita
 summo Pontifici, & illustrissimo Archi-
 episcopi

episcopo legitima reverentia & obedientia canonica.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

Statuit denique Universitas præsentem suam conclusionem deponendam esse apud Tabelliones Regios, & iis omnibus, quibus opus fuerit significandam cura & diligentia Domini præsidis & Domini Procuratoris Generalis &c.

Hujus Facultatis exemplum Facultas etiam Nannetensis sequebatur, & die decima Martii in Collegio Clementino præter morem comitia habuit, in quibus præsentibus duntaxat tredecim Doctoribus Fourreus Syndicus ita perorabat: „Scitis, Sapientissimi Magistri, quæ dissidia Constitutio: *Unigenitus*, passim ab ortu suo excitaverit. Palam est plurimarum, quibus censuræ notam incurrit Propositionum damnatione, convelli fidei veritates certissimas, contemni prorsus jura Episcoporum, destrui libertates Ecclesiæ Gallicanæ, supremam Regum auctoritatem labefactari. Nihil intentatum relictum est, quod summum Pontificem, ab afferenda sua dicta Constitutione avertere posset: omnes enim in vanum conatus abiere: quapropter Illustrissimi & Reverendissimi Episcopi Mirapicensis, Senecensis, Montis Pessulanus, & Boloniensis ad ultimum Remedium, quod est Appellatio ad

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

Hh

plē-

Sæc. XVIII. plenarium & generale totius orbis Christiani concilium legitime congregandum confugere compulsi sunt.

Huic appellationi adhæsit sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, eidem vos adhæsurus esse confido, quippe quæ videatur necessaria pro restituenda Ecclesiæ pace, pro afferenda fidei & morum doctrina, pro vindicandis Scripturæ sacræ & sanctorum Patrum oraculis, pro tuendis Ecclesiæ Gallicanæ, Episcoporum, Regni & Regum juribus. Hanc viam iniere Majores nostri adversus Bonifacium octavum, contra Decreta Pii secundi & Pii quarti, neque hæc appellatio ad Universalem Ecclesiam, quæ sola est columna & firmamentum veritatis, injuriosa sanctæ Sedi Apostolicæ videri debet, quinimo ad illius auctoritatem stabiliendum magis conducit. Itaque requiro, ut legatur instrumentum appellationis ad futurum Generale Concilium legitime & libere congregandum interjectæ ab Illustriſſimis & Reverendiſſimis Episcopis supradictis.

Requirente Domino Fourre lectum est instrumentum prædictum, deinde collectis a Domino Fourre Syndico Magistrorum suffragiis, unanimi dictorum consensu sic statutum est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

S. Facultas adhærens Appellationi ab Illustrissimis & Reverendissimis Episcopis Mirapicensi, Senecensi, Montispeffulano, & Boloniensi die prima Martii anno millesimo septingentesimo decimo septimo interjectæ ad Concilium Generale a Constitutione *Unigenitus*, provocat & appellat a dicta Constitutione ad futurum Generale Concilium legitime ac libere congregandum, quod Appellationis instrumentum, quod sequitur, confecit.

In Nomine Domini Amen.

Universis præsentis literas inspecturis sacra Facultas Theologiæ Nannetensis salutem in Domino.

Hucusque pro maxima ac legitima, qua summum Pontificem colimus reverentia optantes, sperabamus fore, ut sanctissimus Dominus Noster Papa Clemens undecimus tacitam sibi fuisse veritatem & falsitatem suggestam agnosceret, & malis, quæ innumera secum in Galliam invexit Constitutio *Unigenitus* quamprimum mederetur.

Spem illam omnibus afferebant sapientia providissimi & prudentissimi Principis Galliæ moderatoris, sanctissimorum Ecclesiæ Præsulum obsecrationes, & obtestationes omnium Regni

Hh 2

ordi-

Sæc. XVIII
A. C. 1717.

ordinum, Magistratum, virorum Ecclesiasticorum, Facultatum Theologiarum, sacri imprimis Theologorum Parisiensium ordinis vota, ac denique preces, quas pro Ecclesiæ pace fundit universa fidelium multitudo.

At vero hæc nostra & totius Regni spes evanescit, Christiana veritas in dies labefactatur, crescunt scandala, effervescunt diffensiones, adeo ut nisi totalis jam in apertum Religionis excidium grassantibus prompte occurratur, hisque unicum, quod superest remedium a Majoribus nostris in pari rerum angustia usurpatum adhibeatur, periculum fit, ne plurimorum fides jam dudum titubans prorsus corruat, solvatur vinculum pacis & triumphant veritatis hostes.

Quapropter ad conservandam pro parte nostra veritatem, totum hoc de Constitutione negotium ad universam Ecclesiam, quæ supremum est spiritus auctoritatis Tribunal & inconcussa veritatis columna, deferendum censemus.

Quo quidem consilio tantum abest, ut quidquam Sedis Apostolicæ honoris auctoritati, unitati detractum derogatumque velimus, ut potius iis omnibus fovendis atque tutandis nihil apertius esse ac magis accommodatum universis sanctorum Patrum Traditione fulti arbitremur.

Nec

Nec quovis alio Ecclesiæ tempore Sæc. XVIII.
 ad istud remedium confugere magis ne- A. C. 1717.
 cesse fuit, siquidem in prædicta Con-
 stitutione fundamenta Ecclesiasticæ
 Hierarchiæ, sacrosancta Episcoporum
 jura, libertates Regni convelluntur,
 proscribuntur fidei, & inorum doctrinæ,
 e medio tolluntur sacræ pœnitentiæ re-
 gulæ, rescinditur maximum dilectionis
 Dei Mandatum, sacræ Scripturæ Di-
 vina lux fidelibus eripitur, damnantur
 ac reprobantur Prophetarum, Aposto-
 lorum & sanctorum Patrum locutiones,
 tum circa gratiam, tum circa veteris
 & Novi Testamenti discrimen.

His atque aliis pluribus de causis
 jam fuse expositis in instrumento Appel-
 lationis interjectæ a quatuor illustrissi-
 mis ac Reverendissimis Episcopis, at-
 que etiam in tempore, & loco fusius
 exponendis, Nos absolute, & sine ulla
 restrictione adhærentes appellationi ab
 illustrissimis & Reverendissimis Episcopis
 Mirapicensi, & Senecensi, Montispessu-
 lano & Boloniensi interjectæ die prima
 Martii Anno 1717. ad Concilium Ge-
 nerale a Constitutione *Unigenitus*, sum-
 mi Pontificis Clementis XI. cui Appel-
 lationi etiam sacra Facultas Theologiæ
 Parisiensis adhæsit die quinta Martii
 Anno 1717. Nos itaque ad Dominum
 nostros animos dirigentes, multam fi-
 duciam

Hh 3

Sæc. XVIII. duciam ab ipsa, quam sequimur veri-
 A. C. 1717. tate concipientes, firmaque fide certi,
 quod sanctæ Ecclesiæ suæ nec desit nec
 defutura sit Dei protectio, præmissis
 expresse Protestationibus, quod nihil
 unquam dicere atque etiam sentire in-
 tendimus contra unam sanctam, Ca-
 tholicam, Apostolicam, & Romanam
 Ecclesiam, sanctæque Sedis Apostolicæ
 auctoritatem, cui ad extremum usque
 spiritum indivulsa communione adhæ-
 suos nos esse profiteamur, quodque a
 debita sanctissimo Domino nostro Papæ
 legitima reverentia nusquam sumus
 discessuri, ad laudem Dei omnipotentis,
 conservationem, & exaltationem Ca-
 tholicæ fidei & antiquæ doctrinæ, pa-
 cem ac tranquillitatem Ecclesiæ & Re-
 gni, defensionem jurium Episcopaliū,
 ac libertatum Ecclesiæ Gallicanæ a
 prædicta Constitutione, cui titulus:
*sanctissimi Domini nostri, Domini Clemen-
 tis Divina Providentia Papæ undecimi dam-
 natio quamplurium Propositionum excerpto-
 rum ex libro Gallico idiomate impresso &c.*

Et ab omnibus inde secutis & se-
 cuturis tam pro nobis quam pro omni-
 bus adhærentibus nobis & adhæsuris
 in hac parte provocamus & appella-
 mus ad futurum Concilium Generale
 legitime ac in tuto loco congregandum
 & ad illum vel illos, ad quem vel
 quos

quos pertinet de hoc genere caussarum Sæc. XVIII.
 ferre iudicium. A. C. 1717.

„Et ne dictus SS. D. N. D. Clemens
 „Papa XI. prava obrepentium quorum-
 „dam insinuatione permotus, contra
 „nos, nobis adhærentes & adhæsurus
 „quo quo modo procedat aut procedi fa-
 „ciat sua aut alia auctoritate quacunque
 „excommunicando, suspendendo, in-
 „terdicendo & deponendo, privando,
 „vel alio quovis modo, & ut nostri,
 „adhærentium nobis adhærere volen-
 „tiumque status in omnibus salvi de-
 „beant remanere pro nobis, ac pro no-
 „bis adhærentibus, seu adhærere vo-
 „lentibus in hac parte ab omnibus &
 „singulis gravaminibus prædictis seu
 „illatis seu inferendis, ad prædictum
 „futurum Concilium Generale, & ad
 „illum vel illos, ad quem vel quos de
 „jure fuerit Appellandum, provocamus
 „& appellamus in scripto & Apostolos
 „cum instantia petimus, supponentes
 „nos, adhærentes nobis, & adhærere
 „volentes & ipsorum statum & jura
 „protectioni Dei & universalis Ecclesiæ
 „ac prædicti Concilii Generalis & pro-
 „testantes de innovando Appellationem
 „hujusmodi, ubi, & quando, & co-
 „ram quibus nobis visum fuerit expe-
 „dire. Actum Nannetis in Comitibus
 „sacræ Facultatis, præter Ordinem

Hh 4

„ha-

Sæc. XVIII. „habitis in Collegio Clementino, anno
 A. C. 1717. „incarnationis Dominicæ millesimo se-
 „ptingentesimo decimo septimo die de-
 „cima Martii. „

§. V.

*Virodunensis & Apamiensis Episco-
 porum approbatio appellationis
 factæ.*

*Acta publ.
 Const. Ab-
 regé de
 l'Hist. Eccl.
 t. 3. p. 524.
 Mem. sur
 l'Appel. des
 Eveques.*

Tantum valuit exempli pravitas, ut
 etiam duo Episcopi, Hyppolitus de
 Bethune Virodunensis, & Joannes Bap-
 tista Apamiensis quatuor Episcoporum
 & Parisiensis Facultatis appellationi ad-
 hære non erubescerent, & quidem
 horum primus die vigesima secunda
 Martii sequens ederet decretum.

„Hyppolitus de Bethune Episcopus
 Comes Virodunensis, sacri Imperii Prin-
 ceptus, salutem in eo, qui vera est om-
 nium salus, Viso, mature examinato,
 laudato, & probato instrumento appella-
 tionis interjectæ ad futurum Con-
 ciliū Generale a Constitutione, quæ inci-
 pit his verbis, *Unigenitus Dei Filius*,
 ab illustrissimis Episcopis Petro Mira-
 picensi Episcopo, Joanne Senecensi Epi-
 scopo, Carolo Joachim Montispeffulano
 Episcopo, Petro Boloniensi Episcopo,
 visa etiam Conclusionē adhæsiōnis huic
 appellationi sacre Facultatis Theolo-
 gicæ

gicæ Parisiensis, quæ expresse declara- Sæc. XVIII.
 vit pluribus conclusionibus se hanc Con- A. C. 1717.
 stitutionem non acceptasse, omnibus
 perspectis, & sancto Dei nomine invo-
 cato, declaramus ad conservandam
 sanctam Doctrinam, jura Episcoporum,
 Principum, libertates Regni, nos in
 omnibus adhærere Appellationi inter-
 jectæ a quatuor Episcopis supra memo-
 ratis; quod quidem instrumentum da-
 tum est Parisiis anno Domini millesimo
 septingentesimo decimo septimo coram
 Masson & Touvenot, Notariis Parisien-
 sibus, servata debita reverentia sanctæ
 Sedis Apostolicæ, cui ad extremum
 usque spiritum indivulsa communione
 sumus adhæsuri, servatâ etiam debita
 & legitima Reverentia sanctissimo Do-
 mino nostro Papæ Clementi undecimo,
 a qua nunquam sumus discessuri, &
 Apostolos cum instantia petimus, sup-
 ponentes Nos, Diæcesim nostram in-
 tegram, Ecclesias, Parochos, subditos
 nostros ipsorum jura & statum pro-
 tectioni Dei & universalis Ecclesiæ, ac
 prædicti Concilii Generalis: Protestan-
 tes de innovando Appellationem hujus-
 modi, ubi & quando & coram quibus
 nobis visum fuerit expedire, in cujus
 rei fidem hanc nostram declarationem
 & Appellationem manu nostra signavi-
 mus,

Hh 5

mus,

Sæc. XVIII. mus, apposuimus sigillum nostrum
 A. C. 1717. Secretarii nostri Chirographum.

Haud absimile erat decretum Ap-
 pamiensis Episcopi, qui suam approba-
 tionis voluntatem his verbis die duode-
 cima Aprilis testabatur: Viso, me-
 ture expenso, laudato, & approbato
 instrumento, quo Illustrissimi ac Re-
 rendissimi Domini D. Episcopi Mirape-
 censis, Senecensis, Montispeffulanus
 & Boloniensis provocant & appellant
 a Constitutione SS. N. D. D. Clementis
 Papæ undecimi, quæ incipit his ver-
 bis *Unigenitus Dei Filius*, & ab omni-
 bus inde secutis & secuturis, necnon
 ab omnibus gravaminibus, seu illatis
 seu inferendis, a sanctissimo D. N. D.
 Clemente Papa undecimo, sua autem
 auctoritate quacumque ad futurum Con-
 cilium Generale legitime ac libere con-
 gregandum & ad illum vel illos, ad
 quem vel quos pertinet de hoc genere
 causarum ferre iudicium: quod quod-
 dam instrumentum datum est Parisiis
 Anno 1717. die prima Martii coram
 Masson, & Touvenot Notariis Parisien-
 sibus, viso etiam instrumento, quo
 eadem Facultas Parisiensis in Comitibus ge-
 neralibus Anno prædicto 1717. die quinta
 Martii habitis adhæret præfatæ Appella-
 tioni, paratamque se esse profiteretur
 dictam Appellationem suo nomine pro-
 sequi

sequi, nos omnibus diligenter & at- Sæc. XVIII.
 tente perspectis, & sancto Dei nomine A. C. 1717.
 invocato, præmissis expresse Protesta-
 tionibus, quod nihil unquam dicere at-
 que etiam sentire intendamus, contra
 unam, sanctam, Catholicam, Apostoli-
 cam & Romanam Ecclesiam, sanctæ-
 que Sedis Apostolicæ auctoritatem,
 cui ad extremum usque spiritum indi-
 vursa communione adhæsuros esse pro-
 fitemur, quodque a debita S. D. N. D.
 Clementi Papæ legitima reverentia
 nusquam sumus discessuri; ad laudem
 Dei omnipotentis, conservationem &
 exaltationem Catholicæ fidei, & an-
 tiquæ Doctrinæ, pacem ac tranquillita-
 tem Ecclesiæ & Regni, defensionem
 jurium Episcopaliū ac libertatum Ec-
 clesiæ Gallicanæ, adhæremus prædictæ
 provocationi & Appellationi, eamque
 nomine nostro proſecuturos esse decla-
 ramus, *Apostolos* cum instantia peti-
 mus, supponentes nos protectioni Dei
 & universalis Ecclesiæ ac prædicti Con-
 cilio Generalis, & protestantes de in-
 novando Appellationem hujusmodi,
 ubi & quando, & coram quibus nobis
 visum fuerit expedire.,

§. VI.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

§. VI.

Epistola hortatoria Clementis Pontificis ad Cardinalem Noaillium.

Epist. Clem.
XI. p. 2210.
Et 2226.
Dorsann.
Journal
pag. 336.

Priusquam novi hi motus in Gallia palam eruperant, summus Pontifex totus in eo erat, ut paucos Franciæ Episcopos Constitutioni obstantes ad debitam obedientiam adducere posset: Hanc in rem Petrum Franciscum Lassiteau cum sacro quodam dono ad Armandum Bazin de Bezons Burdegalensem Archiepiscopum ablegabat, datisque die quinta Februarii literis eum hortabatur, ut sedulam strenuamque & eximio suo Zelo dignam poneret operam ad funesta diffidia, quibus Franciæ Regnum cum maximo Religionis & unitatis Ecclesiæ dispendio tamdiu perturbatur, tandem feliciter tollenda: addidit tamen Pontifex, hoc in re non aliam ineundam esse viam nisi quam in suis ad Franciæ Prælatos datis literis demonstraverat: Nondum etiam Pontifex de Cardinalis Noaillii submissione desperasse videtur; ad eum enim die vigesima quinta Martii perlixam dedit epistolam, propria italico sermone scriptam, & a corde dictatam, in qua eidem exposuit, quantum longe discrepet infelix quorundam Præ-

Sæc. XVIII.
A C. 1717.

fulum discordia a Divino Magistro, qui de mutua directione Discipulis suis novum mandatum dedit, ut teste S. Gregorio, *pacaret discordantia, ut dissociata conglutinaret, ut scissa sarciret*; ac propterea Christus nec suam tunicam scindi, nec sua crura frangi voluerit, indicaturus, quam dolorosa eidem fuisset etiam minima Corporis mystici scissura aut fractura: Profitebatur etiam Pontifex, quod pro sedanda horribili hac tempestate, qua publice pax turbatur, Ordo Ecclesiasticus vilipenditur, auctoritas Ecclesie contemnitur, & religio Catholica periclitatur, Deo sæpius vitam suam in Sacrificium obtulerit, & jugiter cum eodem S. Gregorio has preces fuderit: *Oro, ut omnipotens Deus omnem occasionem scandali auferat, ne Sancta Ecclesia confessione veræ fidei unita, & conjunctis fidelium cordibus consipata, detrimentum aliquod, quod absit, Sacerdotibus inter se discrepantibus sentiat.* Omni autem animi contentione per Sacrosancta illa mysteria, quæ Christus illa die Sacerdotium & Sacrificium instituendo eo fine peregit, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret, in unum, Cardinalem obtestabatur, ut ejus vocem, vel potius Christi per eum loquentis vocem audire, nec ulterius, ut Ecclesie hostes ejus nomine & patrocini-*



ntis Pa
millium.
in Gal
us Pon
acos il
oni obl
lam add
rum fra
quodam
e Bezou
um ab
Febru
sedulan
lo dign
idia, qu
ximo Ke
dilectio
a felicite
ifex, ha
sse vici
Prælat
Nondum
s Noal
; ad em
artii po
oria ma
corde
it, qu
lam Præ
salut

Sæc. XVIII. trocinio ad tot mala abuterentur, pte
 A. C. 1717. velit, sed suæ prudentiæ nequaquam
 innixus, in re tanti momenti genero
 sui proprii iudicii sacrificio sese totius
 Orbis Catholici iudicio conformet, &
 Ecclesiæ tranquillitatem omni con-
 ciationi vel respectui humano præse-
 rens, suo exemplo ceteris viam ad de-
 bitam submissionem sternat, & Fran-
 ciæ Regnum a gravissimis turbis, qua-
 rum occasione impii lætantur, & he-
 retici tripudiant, tandem liberare ve-
 lit, ne ipsum quondam coram Divino
 Tribunali tot animarum perditionis &
 ruinæ reum conspiciere cogatur &c.

§. VII.

*Quidam libri contra Constitutionem
 editi a S. Inquisitione Romana
 damnati.*

*Errores
 Quesnell.
 pag. 146.
 Argentré
 tom. 3.
 suppl.*

Occasione harum dissensionum non
 pauci, quibus Pontificis auctori-
 tas semper invisa est, liberrimo calamo
 non sine magno fidelium scandalo in
 vulgus sparsere quosdam libellos, folia
 atque epistolas gallico idiomate con-
 scriptas, mole quidem exiguas, sed
 abundantia malitiæ deterrimas: Ut
 vero Sacra Congregatio Generalium
 Inquisitorum pro muneris sui ratione
 malis inde orituris, quantum posset,
 occurrat.

occurreret, sequentes libellos die de- Sæc. XVIII.
 cima septima Februarii proscripsit. A. C. 1717.

I. Epistola M. Moulin Barili Parochi
 ad Ebroicensem Episcopum.

II. Epistola M. Barbault Bovilanti
 Parochi ad Episcopum Sylvanecten-
 sem.

III. Revocationes Bullæ promul-
 gatæ a Nivernensi Capitulo atque a
 Parochis Eboricenfibus, Nivernenfibus,
 & Toloniensibus factæ.

IV. Epistola Domini Bellaunay Ar-
 chidiacoui & Martini Canonici ad Epi-
 scopum Sagienfem circa hujus Diæce-
 sis intentionem quoad Constitutionem
Unigenitus.

V. Epistola ad Rothomagensem Ar-
 chiepiscopum scripta a pluribus Pa-
 rochis.

VI. Epistola sex Parochorum Syl-
 vanectensium ad Episcopum suum.

VII. Epistola M. Bizault Oratorii
 Presbyteri & Fossaii Parochi ad Ro-
 thomagensem Archiepiscopum circa
 Constitutionem *Unigenitus*.

VIII. Epistola ad Bellovacensem
 Episcopum scripta a Chambronnio Cla-
 romontano Canonico.

IX. Epistola Parisiensium Parochor-
 um & totius Diæcesis ad Cardinalem
 Noaillium.

Cuncta

Sæc. XVIII. Cuncta hæc folia S. Congregationis
 A. C. 1717. secunda Martii nigro stigmate notata
 edito decreto sequenti.

„Post maturum examen Theologorum ad id specialiter deputatorum ad dita illorum Censura, eaque sanctissimo Domino nostro Clementi Papæ undecimo decimo relata, unacum eorundem Eminentissimorum Cardinalium votis de mandato Sanctitatis suæ Libellos, Epistolas, seu Folia hujusmodi tanquam continentia assertiones & propositiones respective falsas, piarum aurium offensivas, seditiosas, scandalosas, auctoritati sanctæ Sedis Apostolicæ, & Episcoporum præsertim Gallix injurias præsumptuosas, temerarias, impias, hæreticis faventes, erroneas, atque etiam schismaticas & hæreticas, & spiritu hæretico plenas, præsentis decreti tenore damnat & prohibet.

Quoniam vero in fere omnibus prædictis Libellis, Epistolis & Foliis exprimentur Actus omnino nefarii & execrabiles, quibus Parochi, alique Ecclesiastici viri palam, imo aliqui etiam pro concione inter Missarum solemnes respective asseruntur, publicationem se alias factam Apostolicæ Constitutionis, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius* & obedientiam eidem Constitutioni præstitam retractasse & revocasse,

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

tali publicatione & obedientia doluisse, & non solum universo populo sed (quod plane horrendum & incredibile est) ab ipso omnipotenti Deo veniam implorasse; eaque omnia a se fieri impellente conscientia, ac proinde se in rejicienda eadem Constitutione, tuendisque in ea damnatis Propositionibus usque ad effusionem sanguinis constanter, seu verius pertinaciter perstituros: Adeo ut tam indignæ rei adhuc inter Catholicos inauditæ memoria, quantum fieri potest, aboleatur, aut saltem non sine perpetua infamiæ nota recoli unquam possit: eadem sacra Congregatio de mandato, ut supra, præcipit, ut omnia, & singula supradicta Folia, Epistolæ, & Libelli, in platea sanctæ Mariæ super Minervam die tertia futuri Mensis Martii eo tempore, quo in proximo ejusdem sanctæ Mariæ conventu habebitur hæc sacra Congregatio, publice per justitiæ Ministrum comburantur.

Postremo, cum (sicut prædictæ sacrae Congregationi innotuit) iniquorum hominum opera, quamplures aliarum ejusmodi argumenti epistolæ in variis Galliaë Diæcesibus similiter Typis editæ fuerint, & in dies edantur, nec non libri, aliaque scripta vulgentur, in quibus memorata SS. D. N. Constitutio

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

I i sub=

Sæc. XVIII. subdole eluditur, temere carpitur aut
A. C. 1717. etiam abjecto omni pudore contem-
 nitur, & impugnatur: quæ non nisi
 ad subversionem simplicium, Christifide-
 lium scandalumque, ipsius tandem Ca-
 tholicæ religionis perniciem præcipue
 in Gallia vergere dignoscuntur; e-
 dem sacra Congregatio jussu sanctitatis
 suæ districte vetat, & prohibet omni-
 bus Christi fidelibus, etiam speciali nota
 dignis: ne quis tam Libellos, Epistolas
 & Folia in hoc decreto, superius ex-
 pressa & damnata, quam omnes
 quoscunque alios libros, libellos, Epi-
 stolas & Folia tum impressa, tum ma-
 nuscripta quocunque idiomate & ve-
 sione evulgata, seu in posterum, quod
 absit, edenda & publicanda, in quibus
 præfata Constitutio quoquo modo im-
 petatur, eidemque debita ab universis
 Christi fidelibus obedientia eludatur,
 limitetur, aut abnegetur, audeat ullo
 modo & sub quocunque prætextu
 rum describere, imprimere, aut defendere
 & imprimi facere; neque apud se re-
 tinere, & legere valeat, & præsumat
 sub poena excommunicationis per con-
 tra facientes ipso facto absque alia de-
 claratione incurrenda; sed illa Ordina-
 riis locorum, ut hæreticæ pravitate
 Inquisitoribus statim, & cum effectu
 tradere & consignare teneatur,

nulla interposita mora ea comburant, Sæc. XVIII.
 aut comburi faciant, ac tandem de eo- A. C. 1717.
 dem mandato Sanctitatis suæ declarat,
 omnes & singulos ejusdem generis li-
 bros, aut scripta ad instar librorum, aut
 scriptorum hæreticorum contra Catho-
 licam religionem expresse tractantium
 esse damnanda & prohibenda, prout
 præsentis decreti tenore damnat & pro-
 hibet, adeoque nullis licentiis, seu Fa-
 cultatibus generalibus legendi, aut re-
 tinendi quoscunque libros prohibitos
 contineri, nisi de iis specialis in illis,
 & expressa mentio fiat.

Præterea die tertia Martii Romæ
 Parochorum Parisiensium revocationes
 magna solemnitate per carnificem com-
 bustæ sunt.

§. VIII.

Serenissimi Regentis indignatio contra turbidos Sorbonæ Doctores.

Jam die duodecima Januarii Raveche-
 tus Facultatis Syndicus in Sorbonæ
 Aula congregatis Doctoribus propone-
 bat, ut ad Parisiensium Parochorum, alio-
 rumque exemplum Cardinalem Noail-
 lium accederent, eique declararent,
 quod ei immota fide adhæsuri essent,
 quamdiu Patriam, Ecclesiam & Verita-
 tem propugnare haud destiterit: Pla-
 cuit

Sæc. XVIII, A. C. 1717. cuit hoc consilium refractariis Doctoribus, quorum plusquam centum cum suo Decano ad Archiepiscopale Patium in frequentissimo populi concursu contententes, Noaillo literas suæ fidei testes tradiderunt. Ea res, cum publicæ factionis speciem præferret, modo Acceptantes Episcopos & Parisiense Parlamentum, sed præprimis ipsum Serenissimum Regni Moderatorem irritabat, quapropter ægeritate ferens, quod hi Doctores tot Episcopos Constitutioni obsequiosos veluti Patriæ, Ecclesiæ & veritatis proditores traducere præsumerent, mox primo Præsidi & Procuratori Generali in mandatis dedit, ut Syndicum unacum duodecim senioribus Magistris adesse iuberet. His Præses acriter exprobrabat, quod tanto numero, & eo tempore quo maximus erat populi concursus velut integrum agmen ad Cardinales accesserint, & hoc verbo *quamdiu* commotionem in populo excitare, & ipso tempore, quo Serenissimus pacem reddere, omni contentione laborare Constitutionis acceptationi nova obicula opponere ausi essent. Verum ad hoc Lambertus & Dupinus Magistri aucter reposuere, quod longe plures Doctores censuissent, contra Bullam *claris verbis: nunquam receptam,* &

quam recipiendam, esse reclamandum, *Sæc. XVIII.*
 id vero quo minus factum sit, Syndici *A. C. 1717.*
 prudentiæ & moderationi in acceptis
 referendum. Insuper quatuor illi Epi-
 scopi per Touvenotum Notarium suam
 appellationem die quinto Martii Nuntio
 Apostolico insinuare præsumperunt,
 quo gravissime ille offensus apud Regni
 Moderatorem, hujus facinoris omnino
 inscium querebatur. Hic ergo tantam
 horum temeritatem adeo execrabatur,
 ut præprimis Regias literas ad Sorbo-
 nam mitteret, quibus gravibus oppido
 verbis Syndico, ceterisque Doctoribus
 exprobravit, quod per summam impru-
 dentiam Noaillium in sua pervicacia
 firmare, & quidem eo tempore, quo
 Serenissimus Ecclesiæ pacem revocare
 adlaborabat, eundem ad novos motus
 excitare die duodecima Januarii ag-
 gressi sint, ac insuper liceat a Præside pro-
 pterea objurgati, idem decretum suum
 die decima sexta Februarii in pleno
 confesso relegere & confirmare præ-
 sumperint: eapropter Dux Regis no-
 mine eis præcepit, ut præfatum decre-
 tum illico ex suis tabulis delerent. Hoc
 mandato magis adhuc exasperabantur
 Doctores, & quatuor Episcopi Appel-
 lantes hac rerum vicissitudine usi, Fa-
 cultatem suæ appellationi aggregare
 nitebantur, prout supra retulimus: Ve-

Sæc. XVII. rum hac ipsa agendi ratione præfati
A. C. 1717 Præfules Serenissimi Regentis indigna-
tionem acrius in se concitarunt, cuius
jussu hi omnes intra viginti quatuor ho-
rarum spatium Parisiis exire, atque ad
suas Diæceses reverti, Ravechetus vero
Syndicus in Britanniam minorem ex-
ulare jubebatur: ac denique Touvenot
scriba, qui appellationis instrumentum
confecerat, captus ad Bastillæ carceres
deductus est, & Sorbonæ Doctoribus
comitia habere interdictum.

§. IX.

*Quesnelistarum sollicitudo pro augmento
Appellantium numero.*

Quoniam vero Appellantes suam peti-
vicaciam Regis, Regentisque pa-
trocinio fulciri desperarent, saltem ho-
rum numero & audacia suam causam
defendere, metumque incutere adlabo-
rabant: Eo fine Quesnelistæ ex ære
suo communi largiter aurum profude-
rent, quo Ecclesiasticos, Monachos, imo
mulieres, ut factæ appellationi subsi-
berent, sollicitabant; ne vero aggrega-
torum numero aurei fontes exhausti
rentur, a campforibus plusquam quatuor
decies centena librarum millia (*) in-
ter-

(*) Idipsum præcipuus illorum Historiæ
in Tom. III. Anecd. p. 248. fatetur.

tuo accepere, qua pecunia illis, quos ^{Sæc. XVIII}
 vel bonorum inopia, aut auri fames ad A. C. 1717
 sua castra pellexerat, stipendia nume-
 rabant, ac cuilibet Tyroni, qui quam-
 piam ex damnatis propositionibus in
 publicis thesibus propugnare auderet,
 quingentas libras solvebant, cuilibet
 etiam Parocho, qui suam religionem
 auro vendere paratus erat, pro meriti
 rata pecunias erogabant: majore au-
 tem stipendio dignos existimabant Ca-
 nonicos, & Monialium Superiores,
 quorum auctoritate tam Cathedralium
 Capitula, quam integras Religiosarum
 Societates ad approbandam Appella-
 tionem induci posse sperabant: Hæc
 appellationum nundinatio integrum te-
 nuit biennium, donec Campfores, cum
 sibi nec sortem nec usuram fore salvam
 prospicerent, questum ad Regni Regen-
 tem venirent, hujus ergo auctoritate
 Lordum Cardinalis Noailii & Servie-
 num Episcopi Catalaunensis Fratris sui
 Secretarios, præcipuos mutui argenti
 Sponsores custodiæ dari obtinuerunt,
 unde horum posterior ad triremes dam-
 natus cuncta appellantium mysteria de-
 textit, qui etiam simulata pœnitentia,
 & plena erga Ecclesiam submissione,
 suorumque patrociniis liberatus, diri-
 gendis Monialium conscientis, sacri-
 que Ministerii functionibus restitutus
 est,

Sæc. XVIII. est, paulopost tamen ad vomitum re-
A.C. 1717. versus, ad tantam devenit temerita-
 tem, ut in hæc verba prorumpere au-
 deret: *Rex nos timet, nos Regem non ti-
 memus.* Ceterum quamvis Quesnelius
 ad conducendos Appellantes plusquam
 decies octies centena librarum millia
 prodigerent, tyronum tamen numerus
 eorum vota ac spes minime æquabat;
 inuito enim computa etiam in Rhemen-
 Aurelianensi & Rothomagensi Diœcesi-
 bus, ubi rebellionis æstus magis ter-
 vebat, ægre tamen octingenti Appe-
 lantes numerabantur: Præcipue vero
 seditionis Sedes erat Parisiis, ubi re-
 fractariorum licentia sub Cardinalis
 Noailii, aliorumque potentiorum au-
 spiciis impune grassabatur: & quamvis
 interpositæ appellationis fidem facere,
 Notariis a Regente inhiberetur, pa-
 tebat tamen diu noctuque Episcopale
 forum cunctis, qui quatuor Episcopos
 rum appellationi adhærere anhelabant;
 unde integra quædam Ecclesiasticorum
 Capitula, & Collegia, ac Parochio-
 rum non pauci ad Archiepiscopalem Cur-
 riam literas suæ appellationis testes de-
 ferebant, cunctisque Parisiensis Diœce-
 sis Sacerdotibus & Religiosis, qui in
 variis Provinciis contra Episcopos, suos-
 que Superiores rebellionis vexillum ex-
 rexerant, validi præsidii spes fiebat.

nec erubescabant Quesnelistæ, sartores, mulieres, & pueros ad sua signa sollicitare, plures etiam Parisinæ Diæcesis Moniales psittacorum more, gratiæ dogma per Bullam everti, balbatiente lingua mussitabant: Nihilominus tamen in eadem Diæcesi quamplurimæ Parochiæ, Seminaria, & integri Religiosorum Ordinum cætus in debita submissione constanter permansere, & potius interdicto, quam appellantium factioni sese subicere maluerunt. Cum horum numero & testimonio Refractarii suorum auctoritati plurimum derogari animadverterent, ut rudibus fucum facerent, copiosissimum appellantium Indicem publici juris fecere, jactitantes, horum Protectorem esse Cardinalem, Antesignanos quatuor Episcopos, duces quatuor universitates, & Defensores plusquam mille utriusque Cleri Ecclesiasticos: cum vero multa centena Catholicorum millia, quatuor Cardinales intra, & extra Regnum plusquam sexaginta, & centum ac amplius in Francia, & in orbe Catholico plures quam sexcenti Episcopi, viginti Franciæ Universitates, & plusquam quadraginta Parochorum millia, omnesque totius Orbis fideles Ecclesiæ ejusque supremo Capiti integra fide uniti Refractariis opponerentur, pudore suffusi, in variis

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Sæc. XVIII. artibus, subterfugiis, dolisque despet-
 A. C. 1717. ratæ suæ causæ opem quærebant.

§. X.

*Acceptantium Episcoporum querela
 apud Serenissimum Regentem.*

*Acta publica
 Const.
 pag. 289.*

Crescente indies Refractoriorum audacia Serenissimus Regni Moderator consultationes hucusque in Aula Regia habitas interrupit: Acceptantes vero Episcopi, quod erga Confratres suos nimia indulgentia usi fuissent, intimo dolore affecti, periclitanti Ecclesiæ validam opem afferre, unice intenti erant: Eo fine die octava Martii tringinta quinque Præsules in Cardinalis Rohanii Palatio convenere, declarantes, quod contra quarumdam Facultatum, Parochorum aliorumque ausus, Serenissimi Regentis patrociniū imploraturi ad eundem epistolam unanimi consensu confecissent, unacum duplici libello supplici ad eundem; quibus scriptis una omnes Episcopi sua nomina apposuissent. Præprimis igitur Rohanius præsentem Uxellio Regis Ministro has literas prælegi iussit, in quarum prima Præsules Regenti exposuere, quod plures Facultates Theologicæ, quædam Universitates, Capitula, & Parochiæ violatis Hierarchiæ legibus juramentis sacratis

sacrata solique Episcopali Ordini pro-
 pria sibi ausu temerario arrogarint, &
 calumnias, quarum error semper sæ-
 cunda est Mater, in Episcopos Acce-
 ptantes effuderint, tantaque violentia
 atque injustitia eorum personas aggressi
 sint, ut servatum hucusque Episcopo-
 rum Silentium vix culpa vacaret, nisi
 pristinam pacem Ecclesiæ reddendi, &
 refractarios ad homagium religioni de-
 bitum revocandi spes patientiam sua-
 sisset; nunc vero, inquiebant Episcopi,
 haud ultra silendum, postquam nostra
 mansuetudo in seditionis velamen ver-
 titur, subordinatio necessaria pro jugo
 haud tolerando, obedientia pro crimi-
 ne, & rebellio pro virtute habetur, ubi
 decreta Ecclesiæ, & authenticæ sub-
 scriptiones eluduntur ac revocantur, &
 Sacerdotes submissionis voto nobis ad-
 stricti datam fidem publice violant, no-
 stra judicia dijudicant, & depositum
 nobis concreditum eripere tentant, no-
 strumque ministerium vilipendunt. Cum
 tamen in doctrinæ & fidei rebus judi-
 cum dignitatem Sacerdotibus, Univer-
 sitatibus, Capitulis & Parochis nec eo-
 rum scientia, & virtus, nec auctori-
 tas & privilegia attribuant, sed id a
 Christo Episcopis tanquam Apostolo-
 rum Successoribus, quos Doctor, Ca-
 nonicus, Parochus, omnesque fideles
 reve-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII. revereri tenentur, datum sit. Eapro-
 A. C. 1717. pter ad conservandam Episcopalem au-
 thoritatem, Hierarchiam, & constitu-
 tum inter fideles ordinem, necnon ad
 reprimendos indociles illos, qui ab Epi-
 scopis dependere renuunt, Episcopi de
 Regentis Zelo, sapientia, cordisque
 integritate persuasi, potens ejus auxi-
 lium implorabant, eidem exponentes,
 quanta temeritate iidem, qui fideles
 ad debitam subjectionem hortari debu-
 sent, publice subjectionis leges viola-
 rint, & temerarius iste Ravechetus
 Syndicus cujusdam Episcopi Instruc-
 tionem Pastoralem apud suos Confratres,
 qui tamen æque ac ipse nonnisi sim-
 plices Presbyteri sunt, denuntiare, &
 nequidem expectatis eorum suffragiis
 pronuntiare ausus fuerit, quod *hoc man-*
datum interturbet Regni ac supremarum
legum tranquillitatem (*), qui ex solo ru-
 more per urbem sparso hoc mandatum,
 quod nonnisi submissionem erga Ponti-
 ficis & Episcoporum decreta infillat,
 audacter declaravit *seditiosum & quibus*
publicæ contrarium, & Ecclesiæ Unitatem
impetens, haud alia ex causa, nisi quia
 illud Facultati injuriosum censuit, per-
 inde ac si Facultas esset centrum uni-
 tatis,

(*) Declar. Facult. Paris. data M. R. Synd.
 Anno 1716. 10. Febr.

tatis, & Episcopus non jam foret Ec- Sæc. XVIII.
clesiæ membrum, nisi sit Theologicæ A. C. 1717.
cuidam Facultati unitus. Enimvero, ex-
ponebant Episcopi, Parisienses a Sæ-
culo XIII. in doctrinæ quæstionibus con-
sultabant Facultates Theologicas, quæ
primo requisitæ, postmodum vero *motu
proprio* sua obtruserunt iudicia, & pro-
positiones varias censuris perstrinxerunt,
hæc autem, uti vocant, *judicia doctrinalia*
ferendi licentia, inquit Gerson (a), eis collata est
per Pontificiam auctoritatem, non ita tamen,
quin locorum Ordinarii possint obsistere, vel non
consentire pro rationabili voluntate. Nunc
vero hi Doctores Pontificum decretis insultant,
Episcoporum auctoritatem labefactant,
Facultatis acta impune non minus quam perfide
depravant, & pro arbitrio corrigunt, coram Rege suo
amplissimis verbis obedientiam spondent, & mox
defuncto Rege se eidem obtemperasse, falsum esse
asserunt (b): Dolebant Episcopi, quod tam iniquum
exem-

(a) Gerson lib. de exam. Doctr. Confid. IV.

(b) Cuncta hæc comprobata existant ex
variis decretis contra Constitutiones editis &
ex actis Theologicæ Facultatum Parisinæ,
Nannetenfis, & Rhemenfis.

Sæc. XVIII. exemplum imitatus simplex Professor (c)
 A. C. 1717. pronuntiare præsumpserit, in cuius-
dam Episcopi mandato nec *veritatem*
nec æquitatem, pacem, accuratamque rerum
considerationem ac normam circumspexit
Et verecundi iudicii reperiri: ad Vos, scilicet
 Medicos, Jureperitos, Philosophos,
 & Grammaticos ferme omnes laicos,
conversus, prosequebatur hic Professor,
vos rogo, mecum examine calumniæ huius
Mandati principia: Hi ergo sunt iudices
decretorum, quæ a Pastoribus
 & Ecclesiæ Doctoribus prodierunt? Ergo
 Syndicus, ille non minus errorum
 favens, quam reverentiæ Rhemeni
 Archiepiscopo & Tolonensi Episcopo
 debitæ oblitus (d) audeat dicere, quod
 postremum Episcopi *mandatum non crearet*
suspicionem schismatis atque hæreses.
 Ex tam temerariis ausibus Episcopum
 S. Cypriano (e), Serenissimo Regenti
 proponebant, quod inde schismata & hæ-
 reses obortæ sint & orientur, dum Episcopus,
 qui unus est, & Ecclesiæ præest,
superba quorundam præsumptione contemnitur,
 & homo dignatione Dei honoratus,
 indi-

(c) Scilicet Montempujus Parisinæ Universitatis Rector in sua oratione.

(d) Pourchotus Universitatis Parisinæ Syndicus.

(e) Epist. LXIX. ad Pupian.

indignus hominibus judicetur. Nonne jam Sæc. XVIII. A.C. 1717.
 ausi sunt scribere, quod *Papa & Episcopi auctoritatis & Jurisdictionis clavem habeant, subjectam tamen Concilio Generali, Facultates autem pariter habeant clavem scientiæ.* Nonne schisma & hæresis timenda est ab illis Parochis & Doctoribus, qui obedientiæ suæ revocationem suis Episcopis annuntiant, qui præstitam submissionem inter crimina nunquam sat expianda reponunt, qui suo Archiepiscopo Noaillo per solemnem legationem denuntiant, quod ei duntaxat subjecti esse velint, *quamdiu eis favorebit, qui, ut ait S. Hilarius (f) simulantes fidem non sunt subditi fidei, sibi que fidem potius constituunt, quam accipiunt, qui ipsa etiam Serenissimi Regentis jussa aut dissimulant, aut violant, seditiosas literas spargunt (g), per suos emissarios rebellionem & inobedientiam populis instillant, non modo Episcopos, sed ipsum etiam Papam, ejusque decreta ab omnibus ferme Ecclesiis recepta proscindunt, & de Pontificis judicio asserere præsumunt, quod Ecclesiæ doctrinam damnet, sanam morum doctrinam proscribat, pænitentiae regulas aboleat, Sacrarum*

(f) Mem. pour les Doyens & Docteurs de la Fac. contra les Charton &c. pag. 36.

(g) Lib. VIII. de Trinit. n. 1.

Sæc. XVIII. *crarum literarum lumen extinguat, incen-*
 A. C. 1717. *centiam atque justitiam opprimat (a).* In

nempe Lutherus contra Leonis X. Bul-
 lam, & Nicolaus Copus Parisinæ Uni-
 versitatis Rector Apostata cum Eccle-
 siæ hostibus contra Pontificum decreta
 insurrexere: His expositis rogabant
 Episcopi Serenissimum Regentem, ut
 hæc mala, quæ sane timenda, prudenti
 sua circumspectione prævertere velit,
 nec fictæ eorum submissioni fidat, qui-
 dum ore magnam venerationem & ob-
 jectionem crepant, opere & calamo in
 ipsa Matris nostræ viscera grassantur:
verendum enim, ne plus periculi & damni
quam olim a Luthero Ecclesiæ immineret,
& emergat . . . quod non sine magno om-
nium bonorum luctu, plerosque diversi in
locis prætextato & ementito Catholicorum
nomine, non ita, ut par est, in supremum
Ecclesiæ Antistitem propensos experiant
 (b). Postea Serenissimo referebant Epi-
 scopi, quod Parochi in Diœcesi Ebroi-
 censi ad tantam insaniam prolapsi sint,
 ut non modo sese in dogmatum judi-
 ces erexerint, sed etiam suos rusticos
 circa existimatam suæ Parochiæ tradi-
 tionem

(a) Epistola quorundam Parochorum ad
 Card. Noaillium.

(b) Censur. Fac. Paris. in librum de Rep.
 Eccles. Antonii de Dominis.

tionem consularint, eosque ad Notarium conduxerint, ut hic ridiculum contra Constitutionem testimonium conficeret. Denique Regenti ob oculos ponebant, quod Dei & Religionis honorem vindicantes, eo ipso Regiæ etiam suæ Majestatis auctoritatem vindicent; cum enim Principum dignitas sit quædam Divinæ omnipotentis emanatio, quicumque Deo, per quem Reges regnant, rebellis est, sine remorsu resistet illis, qui a Deo sceptratenent, & si virtus & conscientia hominem haud amplius retinet in obedientia, brevi nec in officio continebitur per metum reverentialem & legum severitatem, quapropter Regentem his verbis alloquebantur: *Etiam atque etiam Majestatem vestram rogamus, & exposcimus, ut apud Vos etiam illorum sententia confirmetur, qui & numero plures sunt & sedium auctoritate & exacta fidei orthodoxæ inquisitione (c).* Speramus de vestro pacis amore, vestra æquitate & prudentia, nunquam Vos passuros, ut qui discipulæ esse debuerant, multa repleti mentis elatione, subvertant ordinem, & quæ erant superior-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

(c) Clerus Const. ad Theod. & Valent. Imp. Tom. III. Concil. p. 778.

Sæc. XVIII. *periora, fiant inferiora* (d). Petimus
A. C. 1717. igitur I. ut Capitulis atque Universita-
 tibus, quæ ex tabulis Constitutionem
 deleverunt, eam iterum inferant, &
 omnia in contrarium decreta deleant,
 ii vero, qui obtemperare renuerint,
 juxta Regiæ suæ Celsitudinis pruden-
 tiam puniantur.

II. Ut pariter Rectoris Oratio die
 22. Junii habita, & Parisinæ Universi-
 tatis decretum die decima quarta No-
 vembris conditum ex tabulis eradatur,
 unacum Facultatis conclusione, qua
 huic Rectori grates esse referendas san-
 citum est.

III. Ut insuper decretum contra
 Tolonensis Episcopi mandatum de-
 leatur.

IV. Ut ejusdem Parisinæ Faculta-
 tis deliberatio die 5. Martii 1714. in
 actis integra restituatur, & omnia de-
 creta contra acceptationem Constitutio-
 tionis die 2. 5. & 16. Februarii facta
 deleantur.

V. Quantocius Rectores & Syndici
 Universitatum & Facultatum Parisien-
 ses, Rhemenfes, Cadomenses & Nannet-
 enses Officiis suis amoveantur.

(d) S. Chryf. Comm. in cap. I. Epist. ad
 Galat.

VI. Literæ Parochorum Parisinæ, Sæc. XVIII. A. C. 1717.
 aliarumque Diæcesium contra Constitutionem scriptæ a Parliamentis dam-
 nentur, earumque Authores, & solli-
 citatores tanquam seditiosi, & publicæ
 tranquillitatis perturbatores juxta teno-
 rem Regii mandati de Anno 1714. pu-
 niantur.

VII. Viginti illi Doctores, qui sese
 Facultatis ausibus opposuerunt, ac pro-
 pterea a comitiis exclusi sunt, suppresso
 hujus exclusionis decreto restituantur,
 simulque species facti sub nomine Syn-
 dici & Facultatis edita unacum decla-
 ratione die 12. Januarii 1717. facta,
 tanquam seditiosa & Cardinali injuria
 supprimatur. Has literas Rohanius &
 Bissyus Cardinales, quinque Archiepi-
 scopi, & viginti duo Episcopi signarunt
 & Bituricensis & Burdegalensis Archi-
 episcopi die decima tertia Martii Sere-
 nissimo Regenti eas unacum sequenti
 libello supplici tradiderunt.

In secundo autem libello iidem Præ-
 sules querebantur contra famosos atque
 impios libellos, quibus Refractarii re-
 ligionem in sua fidei puritate, ejus
 dogmata, & Ecclesiæ definitiones ag-
 gressi sunt, & sub simulatæ pietatis, &
 fallacis eloquentiæ fuce rebellionem at-
 que errores fidelium cordibus instilla-
 runt. Eapropter Serenissimum Regem

Sæc. XVIII. A. C. 1717. tem per sacratum fidei donum, quo in Baptismate honoratus esset, obsecrabant, ut Ecclesiam Christi sponsam adjuvare, & temerariorum adeo calumniarum licentiam, qua per septuaginta jam annos hæresi viam sternunt, cohibere velit. Hanc in rem ex illis libellis (a), qui majore artificio conscripti, & majore etiam aviditate recepti fuerunt, propositiones magis perniciosas extraxerunt, ut Serenissimus horum Autorum nequitiam agnoscat, atque error aut detegatur, aut propria sua turpitudine devincatur, teste enim S. Irenæo (b): *Adversus eos victoria est, potentia eorum manifestatio . . . jam enim non multis opus erit sermonibus ad eandem doctrinam eorum, manifestam omnibus factam.* Expositis hisce propositionibus,

(a) Tales erant. *Excidium libertatum Ecclesie Gallicane, Examen Theologicum Institutionis Pastoralis XL. Episcoporum, quem R. P. Honoratus a S. Maria Carmelita Excalceatus solidissime confutavit: septem opuscula P. Quesnelli pro examine Bullæ Unigenitus. Testimonium Universitatis Parisiæ circa eandem Bullam, Monitum pro conservandis libertatibus &c. Epistola cujusdam Magistratus &c.*

(b) Lib. I. adv. hæres. cap. 35. seu edit. nov. 31.

nibus, quibus hi Auctores Janseniani libri errores a Pontificibus & Clero Gallicano Anno 1700. proscriptos innovaverunt, & veteres Pontificum decisiones ab Universa Ecclesia receptas necnon Episcoporum auctoritatem contempserunt, omniumque errorum damnationem objecto Concilio Generali eludendi viam monstrarunt, & Pontificias Constitutiones indignissime prosciderunt, tandem Serenissimo exposuerunt necessitatem supprimendi ejusmodi libellos, qui jam aliunde, si sine Auctoris nomine, sine privilegio prodeunt, ex Regni legibus prohibentur, atque eorum Authores, Typographi &c. tanquam tranquillitatis publicæ perturbatores puniri jubentur: Ad hoc Episcopi Regentem Constantini, Theodosii & Valentini, Marciani, & Justiniani Imperatorum exemplo excitarunt, qui Arianorum, Nestorianorum, Eutychnorum, Apollinaristarum & Severianorum libros flammis comburi, eorumque Auctores capitali supplicio mulctari jusserunt: Eandem vigilantiam ac severitatem, aiebant Episcopi, a Rege deposcit Ecclesia, quæ per Episcoporum ora Dei causam, & populorum gemitus ante Principum thronum offert: id deposcit imminens periculum fidei, & Regni, quas enim turbas non

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Sæc. XVIII ipsum etiam Regnum timeat a temeritate eorum, quos nec Divina nec Ecclesiastica auctoritas continere valet. A. C. 1717. *qualiter nobis, inquiebat Maximus Galliarum Rex, fideles existere possunt, qui Deo infideles & suis Sacerdotibus inobedientes apparuerunt? aut qualiter nobis obdientes, nostrisque Ministris ac Legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei causis & Ecclesiarum utilitatibus non obtemperant (a)?*

Quamprimam hi duo libelli supplices unacum Epistola ad ipsum quoque Regentem directa & a cunctis Episcopis subscripta in Præfulum confessu prælecti fuerant, mox Uxelius Marcio Serenissimi Regentis nomine Episcoporum Zelum, & sollicitudinem pro recedenda Ecclesiæ pace deprædicans, significabat, quod Regni Regens Deputatos nominari exoptet, qui juncta cum illo opera & consilio præsentibus turbas componere satagerent, ac propterea plures adhuc alii Præfules Parisiis remanerent, ut & hi ad restaurandam tranquillitatem concurrerent, quibus Regens, se omnem opem & auxilium præstiturum, cunctisque Provinciarum & Parliamentorum Præsidibus injuncturum pollicetur.

(a) Lib. VII. Capitular. Num CCVI. Edit. Paris. 1603.

pollicebatur, ut quicquid pacis nego- Sæc. XVIII.
 tium turbare posset, sedulo præpe- A. C. 1717.
 dirent.

§. XI.

*Singulare eorundem Episcoporum
 Studium pro reddenda Ec-
 clesiæ pace.*

Tantum erat in his Præsulibus restau- Lafiteau
 randæ pacis studium, ut non modo Hist. Const.
 impedimenta submovere, sed etiam, l. 4. p. 21.
 si forte refractarii dissensionis compo- Dorjann.
 nendæ occasionem offerrent, in futurum Journal.
 prospicerent. Ea de caussa unanimi fol. 327.
 suffragio decernebant, seligendos esse Recueil des
 octo Præsules, qui ad uniendos reni divers. pieces
 tentes Episcopos se totos dicarent, si- pag. 137.
 que infelix successus spem laboremque
 falleret, hi convocandæ Synodi Na-
 tionalis consilium urgerent, & inter-
 jectæ appellationis progressum sistere
 adlaborarent. Nominabantur ergo præ-
 ter Cardinales Rohanium & Bissyum
 Leo de Gesures Bituricensis, Arman-
 dus de Bezons Burdegalensis, & Ca-
 rolus Ventimilius Aquensis Archiepi-
 scopi, ex Episcopis vero Dominicus Tur-
 got Sagiensis, Gourgues Vafatensis, &
 Martinus de Ratabon Vivariensis. In-
 choata consultatione agebatur de appel-
 lationis vitio: Præprimis duo duntaxat

Kk 4

Epi-

Sæc. XVIII. Episcopi hanc appellationem esse canonicam censebant, alii quatuor deliberandi spatium petebant; ceteri vero omnes Apostolico fervore contra eam Sorbonam & Parlamenta declamantes testabantur, quod coram Deo jugibus lacrimis suam erga renitentem Episcopos conniventium deplorarint; agnoscetes, quod post Pontificis, & Cleri Gallicani decisionem causa esset finita, & juxta ipsam D. Augustini & Sanctorum Patrum doctrinam Constitutio tantquam fidei Regula & Ecclesiæ decisio foret recipienda. Durius haberi quatuor Episcopos Appellantes apud Regni Moderatorem querebatur Noailles, qui tamen vicissim Cardinali exprobrabat, quod ipse, sibi que adhaerentes importuno tempore, & inconsulto Regis pacis negotium sua appellatione turbassent, & insuper Sorbonam in locum temeritatis societatem pertraxissent, eapropter nec hosce Episcopos Parisiis reverti concessit, nec exilii poenam contra Ravechetum latam revocare voluit, quinimo eis significari jussit, ut quanto citius decimo quinto lapide ab Urbe Parisina abessent, secus severiora expectari. Insuper Serenissimus Regens, datis ad Papam literis eundem de horum Episcoporum & quorundam Sorbonæ Doctorum ausu certiolem reddidit.

dit, simulque rogavit, ut hac in re multa
 circumspeditione uteretur. Interim Car-
 dinalis Biffyus quatuor Præfulum ac-
 ceptionem tanquam sacræ Sedi, at-
 que Episcopis injuriosam refellere ag-
 gressus, eam septendecim vitiis scaterere
 demonstrabat, & Rhemensis Archiepi-
 scopus die vigesima Martii omnes Ec-
 clesiasticos, qui acceptationem Consti-
 tutionis revocarunt, vel eam impugna-
 runt, ipso facto excommunicatos pro-
 nuntiavit, nisi intra octiduum sese sub-
 jecerint.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

§. XII.

*Cardinalis Noailii appellatio ad fu-
 turum Concilium.*

Interim in Galliis quamplurimi Reli-
 gionis Zelo, & eruditionis fama ce-
 leberrimi Viri contra quatuor Episco-
 porum appellationem publice in arenam
 descenderunt, & præcipue scriptum
 quoddam, quo præfata appellatio pro
 Canonica venditabatur, doctissimo ca-
 lamo confutarunt: ceteris vero ejus-
 modi scriptis palmam, & ipsius Pon-
 tificis applausum sibi vendicabat illud,
 in quo Author horum Præfulum appel-
 lationem ad futurum Concilium cum
 provocatione Lutheri & Pelagianorum
 Episcoporum æquiparabat, demonstra-
 batque,

*Lafiteau l. c.
 Refut. du
 Mem. des
 Appell.
 Acta publ.
 Const. p. 276.*

Sæc. XVIII. batque, quod Galli Præsules ad tam
 A. C. 1717. abominandi Archetypi monstrum sue
 appellacionis imaginem efformarint,
 aliunde vero exempla secuti fuerint hæ-
 reticorum, qui soli a Bullis dogmaticis
 appellarunt, & populum imo & sceminas
 in doctrinæ Judices agnoverunt. Solidi
 insuper calamo alius quidam Scriptor
 sub auspiciis Thomæ Philippi de Bouffia
 Mechliniensis Archiepiscopi commen-
 tarium, quem Mirapicentis Episcopus
 in favorem quatuor Episcoporum ap-
 pellantium composuit, & nonnihil immu-
 tatum tertio typis edidit, hoc anno die
 vigesima Septembris confutavit: Cum
 vero Cardinalis Noaillius horum Præ-
 sulum appellacionem tam valide im-
 pugnavit, ipsumque Serenissimum Re-
 gentem exilii pœnam contra hosce Epi-
 scopos decretam nullatenus remittere
 cerneret, literas ad Noaillium Ducem
 Regenti exhibendas dedit, significans,
 quod ipse, cum veritatis & patriarum
 legum Defensores sibi Regentis patro-
 cinium spondere haud possent, obtri-
 ctus esset, præpedire, ne hi penitus op-
 primerentur, ac propterea eorum quo-
 que appellacioni adhærere statuisset.
 Id ipsum die secunda Aprilis Cardina-
 lis coram ipso Regni Regente declara-
 vit, gravibus verbis ostendere conatus,
 plurimum sua interesse, ut sua appel-
 latio

latio publici juris fieret, priusquam Pontifex censuras suas vibraret, eapropter sequenti die mox suam appellationem ad Papam inelius edocendum & ad futurum Concilium confecit, in qua se D. Petri Cathedræ tanquam unitatis Catholicæ centro, a quo sese separare nunquam liceat, devotum, singulari veneratione Romanæ Ecclesiæ & D. Petri Successori adstrictum professus, fidelium consternationem & Neo-Convertorum offensionem deplorabat, ex Constitutione *Unigenitus* exortam, eoquod hæc plures fidei veritates, & solitas pietatis exercitationes damnare, hæreticorum contra Romanam Ecclesiam criminationes innovare, & Regni leges, Regum securitatem, Episcopatus jura, Facultatum privilegia atque Ecclesiæ Gallicanæ libertates convellere videatur, & laxioris doctrinæ Doctores Cl. Propositionum censura abutentes, novas suas opiniones circa Gratiam in fidei dogma erigant, e contrario autem hæretici divulgent, quod Ecclesia in essentialibus fidei doctrinis mutationem fecerit, & Clemens XI. Patrum doctrinam de gratia, & Christianæ morum doctrinæ præcipuas veritates sua censura everterit. Ad tollenda hæc mala, prosequabatur Noaillius, quadraginta Franciæ Præsules in
sua

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Sæc. XVIII. sua Epistola Pastoralis, Constitutionis
 A. C. 1717. sensum se quidem affectos esse arbi-
 trati sunt, nos vero pro nobis magis
 securum, Sedi sacræ magis honorifi-
 cum, & Ecclesiæ magis utile imo &
 necessarium censuimus, Constitutionis
 intellectum ab ipsius Auctore expectare,
 quocirca expositis nostris difficultatibus
 de vero Constitutionis sensu edoceri per
 integrum triennium postulavimus: ut
 id eo facilius impetraremus, ipsimet
 juncta Præsulum meritis inclytorum
 opera speciem explicationis confecimus,
 ubi exacte veritates credendas, & er-
 rores vitandos a scholæ opinionibus se-
 gregavimus, petentes, ut Pontifex vel
 nostras explicationes confirmet, vel
 ipsemet suam Bullam explicet: id vero
 cum a Papa, aut a Serenissimi Regen-
 tis patrocinio adeo non obtinere potue-
 rimus, ut etiam plura Episcoporum
 mandata ab Inquisitione fuissent dam-
 nata, & per plura Pontificis decreta
 quæstiones fidei judicandi jus Episco-
 pis denegatum, necnon Constitutionis
 utpote clarissimæ adhærere præceptum
 fuisset, & tamen in pluribus ex dam-
 natis propositionibus fidei dogmata ex-
 sent proscripta, aliæ vero ex reflexio-
 num libro vel minus fideliter extractæ
 vel luculenter truncatæ, in alienum
 sensum detortæ, aut minus exacte le-
 tine

tine redditæ fuissent, hinc ex justitiæ Sæc. XVIII.
 & pacis amore & schisma prævertendi A. C. 1717.
 studio a Pontifice manifeste decepto &
 Constitutione *Unigenitus* juxta Constan-
 tiensis & Basileensis Concilii decreta ad
 Pontificem melius edocendum & Con-
 cilium Generale libere & in loco tuto
 celebrandum Nos pro nostra Ecclesia,
 utroque nostræ Diæcesis Clero, & om-
 nibus nostræ appellationi adhærentibus
 & adhæsuris appellamus &c. Hanc
 tamen suam appellationem Noaillius
 publici juris facere, nondum audebat,
 sed eam in Curia suæ actis secretam
 tenebat.

§. XIII.

*Cardinalis Noaillii responsum ad
 Papæ literas.*

Jam dudum Cardinalis Noaillius pa-
 ternam summi Pontificis epistolam
 receperat, ad eam vero respondere us-
 que ad octavam Maij diem cunctaba-
 tur, ut objecto appellantium numero
 & potentia tutius Pontificiæ indigna-
 tionis severitatem eludere posset: Si-
 mulabat in suis literis ingens gaudium
 ob epistolam *propria Pontificis manu,*
atque a paterno ejus corde dictatam: Ex-
 tulerat amplissimis verbis ejusdem Pon-
 tificis merita, & inde enatam summam
 ejus

*Pfaff. acta
 Const. p. 327.
 Merc. Hist.
 & Pol. Jan.
 p. 61. & seq.*

Sæc. XVII. ejus erga illum, sacramque Sedem ve-
 A. C. 1717. nerationem: Tristitiam vero sibi ma-
 gnam & continuum cordi suo dolorem
 inflictum fuisse aiebat, eoquod pristina
 ejus benevolentia excidisset, suum vero
 Zelum, & immote conservatam reve-
 rentiam testificandi simulque deploran-
 dum Franciæ, suæque Diæcesis statum
 exponendi occasionem sibi gratulatus
 significabat, quod Ecclesiæ hostes vociferentur,
 Constitutione *Unigenitus* in dog-
 matibus fuisse variationem invecam,
 SS. Augustini & Thomæ doctrinam de
 Gratia damnatam, Apostoli dogma in
 pluribus eversum, præcipuas Religio-
 nis veritates prosriptas, ab Ecclesia Ro-
 mana suis Filiis legem Dei e manibus
 ereptam, & S. Scripturæ lectionem lai-
 cis interdictam: Addebat, Theologos
 etiam Catholicos suarum opinionum
 potius quam Ecclesiæ honoris studiosos
 sub venerando S. Sedis nomine errores
 circa dogma, morum doctrinam & di-
 sciplinam ab ejus Prædecessoribus dam-
 natos propugnare, in publicis thesibus,
 scriptis & libris tradere, quod Sancti-
 tas sua doctrinam de Prædestinatione
 gratuita & gratia ex se efficaci dam-
 narit, legem veterem cum Nova æqui-
 pararit, necessitatem Fidei in Mediator-
 rem, voluntatis Divinæ omnipotentiam,
 & præceptum primum de amore Dei,
 ejus-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

ejusque merito labefactarit; & Theologi arrepta inde occasione tutissimas Regulas circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ everterint, atque asseruerint, juxta Constitutionem ad justificationem Peccatoris intra Sacramentum sufficere timorem gehennæ sine initiali charitate, lectionem S. Scripturæ omnibus laicis esse interdictam, ac denique a Theologis hisce novas quæstiones facti innovari circa sensum proprium Cl. Propositionum, atque ejusmodi sententias circa excommunicationem tradi, quæ plurimum Pontificum decretis & Principum securitati adversantur, omniumque regnorum pacem perturbant.

Hunc Constitutionis abusum non ab illis, qui in Ecclesiam novitates invehere moliantur, uti summo Pontifici falso suggestum ajebat, sed a Theologorum doctissimis & Pastorum Zelosissimis, ac denique fidelium oculatissimis deplorari, perscribat Noaillius: Hi omni contentione his malis, & eorum, qui Pontificis censura abutentes præcipuas veritates contra Pontificis mentem impugnant, remedium, frænumque opponi efflagitant, hanc obrationem Theologica Facultas, potissimi Urbis & Diæcesis Parisinæ Parochi, & utriusque Cleri Ecclesiastici appellarunt,

Sæc. XVIII. larunt, & omnes ferme fideles post se
 A. C. 1717. traxerunt; Horum, aliorumque pietate
 & religione longe præstantissimorum impu-
 pulsu, ne diutius suo deesset officio, suo-
 rumque Diæcesanorum existimationem
 perderet, se suo Clero sese aggregasse,
 & sparso rumore de pœnis in se decre-
 tis fortius impulsus fuisse ajebat Car-
 dinalis, ut ad extrema convolaret re-
 media, & se contra intentatas pœnas
 præmuniret. Postea Pontifici exposce-
 bat, quod quadraginta illi Præfules,
 qui Constitutionem receperunt, eam
 sine instructione Pastoralis acceptandam
 haud esse existimarint, ac propterea
 dixisse, se instructionem addidisse, ut
*fideles contra falsas malevolorum inter-
 pretationes præmunirent*, ea etiam ex
 causa plures Episcopos postea, qui Con-
 stitutionem acceptarunt, declarasse,
 eam non in alio sensu, quam in instru-
 ctionis Pastoralis sensu intelligendam
 esse: quoniam vero, ajebat Noailles,
 hæ Præfulum interpretationes ob va-
 rietatem animos ad concordiam revo-
 care, & turbas sedare haud potuerunt,
 & alii non aliam, nisi ab Episcopis in-
 stitutam interpretationem recipiant, alii
 vero Episcoporum, utpote qui duntaxat
 privatas suas sequuntur opiniones, in-
 terpretationes rejiciant, alii cunctas
 explicationes cum Constitutionis textu
 cogunt

conciliari haud posse affirmant, hinc Sæc. XVIII. A. C. 1717.
 moderatioribus persuasum esse ajebat, explicationem à Pontifice esse petendam. Denique conclusit Noaillius, quod ideo deplorandum suæ Ecclesiæ statum exposuerit, ut Pontifex miseratione tactus, pacem Ecclesiæ reddendi & malis obviandi media adhibeat, suamque auctoritatem impendat, ut in funesta hac rerum vicissitudine simul veritati, unitati & charitati, quas dotes Papæ Noaillio summopere commendasset, ipse satisfaciat. Denique Noaillius, se ad pacem tot votis expetitam omni modo reddendam esse paratissimum, & nullum ex suis Diæcesanis esse, qui non schisma abhorreret, imò ipsos etiam Præsules, quos Papa suæ auctoritati resistere existimat, sanctæ Sedi addictissimos, & ejus jura defendere paratissimos esse testabatur, se insuper summopere exoptare, *ut nihil remaneat in fide dubium, nihil in charitate divisum.* Tandem Pontifici suggessit, quod severitas, vel censurarum fulmina nequaquam ad uniendo animos, sed potius ad augendam eorum rebellionem conferrent, idque exemplo eorum Præsulum probabat, qui censuras adhibuerent contra eos, qui eorum mandatis obstiterunt: de cetero autem præsentia malâ deposcant lenia, sed prompta remedia &c.
Hist. Eccles. Tomi LXIX. LI §. xiv.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XIV.

*Summi Pontificis indignatio contra
hanc Noailii Cardinalis re-
sponstonem.*

*Lafiteau l. c.
pag. 29.
Dorsann. l. c.
pag. 349.*

Perlecto hoc Noailii Cardinalis re-
sponso Pontifex non minus mæro-
re, quam admiratione suspensus hælit;
vix enim capere poterat, hujus Presulis
duritiem nec minis, nec singularis ac-
plusquam paternæ benevolentiae officio
flecti potuisse: quapropter intimum cor-
dis sui dolorem exprimendo impar, Car-
dinalibus, qui hoc responsum inspice-
gestiebant, duntaxat hæc reposuit: vi-
debitis continuatam seriem convitio-
rum contra Bullam meam, obfirma-
tum eam nisi explicatam acceptandi a-
nimum, & manifestas comminationes
sefe contra omnem pœnarum severita-
tem refractariis intentandam aperta
fronte opponendi: Pariter Noailius ad
Cardinalium epistolam responsum dedit,
quod tamen nequidem legi merebatur,
quapropter Cardinales infaustam Noail-
lii, qui adeo propitiam sese reconco-
liandi occasionem spreverat, sortem mi-
serti, ejus pervicaciam, exhaustis om-
nibus charitatis frontibus, haud am-
plius frangi posse censebant, ac tandem
contemptam Pontificis clementiam gravi-
sup

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

supplicio vindicandam scadebant: Verum Pontifex, qui de perditæ Filii pertinacia suo tempore, ac patientiæ armis triumphaturum se adhucdum sperabat, cum Tolomæo Cardinale de opportunis devium ad veritatis semitam reducendi mediis egit, ejusque suafu ad Noailium epistolam dare constituit, in qua difficultates ab opponentibus expositas nonnisi ex falsis Bullæ interpretationibus oriri, atque idipsum, quod malevoli eidem imputant, per eam damnari assereret ac probaret, palamque declararet, quod nequaquam SS. Patrum Doctrinam damnare aut Scholis Catholicis pristinam libertatem, sed duntaxat errores alias ab Ecclesia damnatos vel recens in vectos damnare intenderit, minus quicquam contra Dei charitatem docere, vel N. & V. Test. æquiparare aut alia præcepta, quam a Tridentino stabilita præscribere, nec probatum Ecclesiæ usum circa censuras & lectionem S. Scripturæ immutare voluerit &c. Has explicationes Pontifex suæ epistolæ inferere statuit, dummodo Cardinalis Tremolius minime dubiam spem faceret, a Noailio sincere acceptatum iri Constitutionem cum his explicationibus, quas ipse in suo responso a Papa petiit. Tremolius ob Pontificis indulgentiam lætus, cunctos

Sæc. XVIII. Noaillii amicos tum Romæ agentes,
A. C. 1717. atque ipsum etiam Cardinalem Gual-
 tierium convenit, ab eis sciscitatus,
 utrum ipse explicationes a Papa pro-
 positas acceptare, & de sincera Con-
 stitutionis acceptatione a Noaillio fi-
 cienda Pontifici fidem facere valeret.
 Ad hæc prior reposuit Abbas Chera-
 lierius „absit hoc; Pontifex enim, et
 „hæreticus esset, in sensu, quem vos
 „ei suggeritis, sese explicare pollet,
 „magis claræ certæque de ejus fide
 „desiderantur expositiones, hucusque
 „enim nonnisi vagis & negativis
 „est verbis in suis literis, proin Noaillio
 „adeo non erit satisfactum, ut se etiam
 „graviter offensum crederet.,” ^{Affere}
 fere etiam Abbati P. Laborde ^{Oratoris}
 Sacerdos, alique Regulares, qui vel-
 uti Noaillianæ mentis Depositarii erant.
 Denique Cardinalis Gualtierius, cunctas
 concordix vias eludi ingemiscens, affe-
 ruit, supervacaneum esse ad Noaillum
 dare responsum, postquam ipsimet ejus
 Amici haud dubie declarant, has quo-
 que explicationes ab eo rejiciendas
 fore. Tanta vero arrogantia hoc con-
 silium, quod tamen ante biennium ipse
 met Noaillius proposuerat, rejici indi-
 gnabatur Tremolius, considerans, quod
 Noaillius primo ipse *quasdam* explica-
 tiones a Papa per Amelotum extorqueret
 opta

optarit, nunc vero *ampliores* magisque *Sæc. XVIII.*
explicitas petat, brevi has quoque *emen-* *A. C. 1717.*
dationes dari petiturus: Quapropter Car-
 dinalis Tremollius & Amelotus Noail-
 lio perscribere, Religionis res ex tem-
 porum varietate variationem in doctri-
 næ principiis minime admittere, ipsum
 autem nequidem ausum fuisse tam di-
 fertas petere explicationes, quas nunc
 Pontifex sponte offerret, & nequidem
 in hortatoria Pontificis epistola tam
 amplas reperiri, quas tamen olim tan-
 quam unicum reddendæ pacis medium
 suspexisset.

§. XV.

*Appellantium vexatio contra Archi-
 episcopum Rhemensem.*

Nondum Franciscus de Maily reni-
 tentes Canonicos & Doctores pœ-
 narum severitate ad acceptandam Con-
 stitutionem adigere poterat; horum e-
 nim non pauci sacris suis ministeriis nun-
 tium mittere, & sese veluti ad laico-
 rum conditionem deprimere malue-
 runt, quam Archiepiscopi sui jussis ob-
 temperare: Tantum habet virium male
 consultum præconceptam opinionem
 tuendi studium, pravumque multitudi-
 nis exemplum: Non deerant tamen,
 qui nonnisi censuras declinandi studio

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Constitutionem acceptarent, additis tamen restrictionibus sacræ Sedi opprobriis infestis, quas ad ipsum suum Archiepiscopum transmittere non erubuerunt: cum vero horum rebellionem Parisiensis Facultas plurimum fulcra ipsamque Rectoris orationem Archiepiscopo summopere injuriosam typis mandasset, hinc malis inde secuturis obviaturus Archipræsul, ex hoc sermone plures extraxit propositiones, quas hoc anno die quarta Januarii tanquam temerarias, scandalosas, erroneas, schisma foventes, & sacræ Sedi, atque Episcopali auctoritati injurias damnavit, simulque Parisiensium Parochorum epistolam contra Constitutionem iisdem censuris perstrinxit. Nec tamen propterea Rhemenses ad saniora rediere, sed ipsum Capitulum Cathedralæ, reclamantibus incassum novemdecim Canonicis, a Pontificis Constitutione provocavit: Ejus exemplum mox Capitulum S. Simphoriani, & Facultas Theologica sequebantur. Igitur Archiepiscopus tertio cunctis suæ Diocesis Ecclesiasticis præcepit, ut Constitutionem intra tres hebdomadas acciperent, secus ipso facto excommunicandi: Verum censurarum metus prævaluit inveteratæ eas contemnendæ consuetudini; præ ceteris enim Ur-

Vicarius Archiepiscopi sui mandatum **Sæc. XVIII.**
 e suggestu promulgare renuit, & quam **A. C. 1717.**
 vis a sacris interdictione mulctatus fuis-
 set, nihilominus proximo die Dominico
 palam in Ecclesia Parochiali Divina
 peregit Officia: unde ad tres septima-
 nas ad Seminarium secedere jussus, ab
 hac sententia tanquam *ab abusu* ad Par-
 lamentum provocavit, a quo Archiepi-
 scopus, & Ecclesiasticus illius Judex
 seu *Officialis* ad omnes expensas, dam-
 na, & lucra cessantia condemnati sunt,
 simulque Serenissimi Regentis nomine
 Archiepiscopo injunctum, ut deinceps
 nec Capitulum nec Parochos suos mo-
 lestaret; cum vero sine Pastoralis officii
 sui neglectu huic mandato obtemperare
 haud posset, appellantes libello supplici
 petierunt, ut Archiepiscopus deinceps
 quicquam contra eos moliri interdice-
 retur. Ne vero id fieret, nulli labori
 pepercere Cardinalis Rohanius, cete-
 rique Episcopi; probe enim prospexe-
 rant, hoc interdicto Archiepiscopis
 manus ligari, proin Ecclesiasticos im-
 pune ac frequentissime suas appellatio-
 nes interjecturos: nec penitus inanis e-
 rat eorum conatus; quippe appellantium
 libellus sine appellationis mentione facta
 recipiebatur. Paulopost novæ vexatio-
 nis fomitem suppeditabat nominatio
 Rectoris; cum enim cuilibet Archiepi-
 scopo

Sæc. XVIII. scopo Rhemenſi Uniuerſitatis Rectorem
 A. C. 1717. nominandi jus competeret, tres eidem
 proponerentur, quos tamen omnes
 Archiepiſcopus reiecit: Verum Uniuerſi-
 tatis Doctores ex his tribus unum pro
 ſuo libitu elegerunt, quem Archiepiſ-
 copus quidem tanquam intruſum, &
 ad muneris ſui executionem incapae-
 cem declaravit, Parlamentum vero
 per edictum in ſuo officio illum con-
 firmavit.

§. XVI.

*Appellantium fraus in adulterantiis
 Sereniſſimi Regentis literis.*

Tantam horum temeritatem non modo
 Pontifex atque Epifcopi, ſed ne-
 quidem ipſemet Regni Moderator to-
 lerandam eſſe cenſebat, quia vero ma-
 jora adhuc mala ex intempſtivo rigore
 oritura pertimeſcebat, pacis vix non
 conclamatae ſpem denuo fuſcitare ſta-
 tuit, hancque in rem die decima terti-
 Julii ad omnes Regni Epifcopos epifto-
 lam dedit, qua eis ſignificavit, quod
 Feuilladam Ducem Romam mittere
 decreverit, ut malis, quæ per clemen-
 tiam & reconciliationem tollendi co-
 pia ſibi erepta fuiſſet, tandem Pontifi-
 cia ſimul & Regia auctoritate finis im-
 poneretur, ea de cauſa ad eundem
 miſſe

missurus esset doctrinæ ab Episcopis ^{Sæc. XVIII.}
 explanatæ summarium unacum for- ^{A. C. 1717.}
 mula, juxta quam Pontifex authenti-
 cam & pro recipienda Constitutione ^{Acta publ.}
 sufficientem approbationem daturus ^{Const.}
 esset: cum ergo Pontificem huic con- ^{pag. 349.}
 ciliationis medio assensurum speraret,
 hinc Episcopos omnes monuit, ut in-
 terim in suis Diæcesibus tranquillita-
 tem foverent, firmiter persuasi de Re-
 gentis protectione contra Ecclesiasticos,
 qui Episcoporum auctoritatem, violata
 subordinatione debita, labefactaturi fo-
 rent: nec Episcopis ultra timendum
 aiebat, quod Clerici obedientiæ jugum
 sive per appellationes sive per alias vias
 excussuri, aut proposita hæc media e-
 lusuri sint: hanc in rem se cunctis Par-
 lamentis inhibuisse perscripserat, ne
 quicquam contra Episcopalis Ordinis
 honorem dignitatemque machinentur,
 si tamen Episcoporum nonnulli justam
 querendi causam haberent, ad eum
 recurrerent, qui suprema auctoritate
 sibi commissa reos absdubio castigatu-
 rus esset: Idem quoque confirmabat
 Rohanius Cardinalis die sequenti datis
 ad omnes Episcopos literis: Priusquam
 Regni Regens hanc Epistolam ad Epi-
 scopos transmiserat, appellantium ar-
 tibus hæc verba: *per appellationes sine*
necessitate, & quamdiu hæc negotiatio du-

Sæc. XVIII. *rabit*, fuere intrusa, indignantibus sum-

A. C. 1717. moperere acceptantibus Episcopis, quos

tamen Bissyus certiores reddidit, quod hæ variationes inscio Regente fuissent factæ, atque in epistola, quæ sibi missa fuisset, non reperiri hæc verba: *pro necessitate &c.* nihilominus Acceptantibus Episcopis displicuit, quod in hæc epistola nec de appellationibus jam interjectis mentio fuerit facta, nec futuræ fuissent inhibitæ, cum tamen per eas seditio & schisma in Ecclesiam invehretur. Insuper ægre ferebant, quod eis veluti silentium usque ad exitum Feuilladianæ negotiationis non modo imponeretur, sed etiam læsa auctoritate Episcopali, ad Principem recurrere juberentur, cum tamen Episcopis suos rebelles Ecclesiasticos Canonicis poenis coercendi potestas competeret: aliunde vero appellationes tanquam ex se illicitæ non damnarentur, sed duntaxat illæ, quæ ad turbandam Diæcesium pacem interponerentur. Horum tamen indignationem denuo placabat Bissyus Cardinalis, die vigesima septima Julii eisdem perscribens, ipsum Regentem declarasse, quod ipse hoc silentium duntaxat pro nunc, & pro paucis mensibus servari deposceret, evoluto

hoc temporis spatio rebelles tantum excommunicatos declarare integram

tegrum foret. Nec tamen in præsentis Sæc. XVIII.
 rerum vicissitudine otiosus stetit Car- A. C. 1717.
 dinalis Noaillius, vehementer questus,
 quod in præfata Epistola appellationum
 usus inhiberetur, proin Pontificum (*)
 Bullas apud Generalia Concilia denun-
 tiandi jus Nationi Gallicæ demeretur:
 Stomachum quoque nonnullis Magistra-
 tibus movebant illa epistolæ verba,
 quibus insinuatum, perinde acsi Par-
 lamenta in Episcoporum jura involas-
 sent: Denique efferatioribus pacis Ofores
 omnem movebant lapidem, ut conci-
 liationis negotium Romæ penitus e-
 verterent, ac propterea ad Tremollium
 Cardinalem perscripsere, non alia via
 pacem esse sperandam, nisi vel Ponti-
 fex abrogatæ Constitutioni *Unigenitus*
 novam subroget, vel veterem ad Ca-
 nonum præscripta emendet, vel omnino
 circa suam Bullam silentium imponat,
 illud vero silentium per Regii Senatus
 declarationem injungi, Pontifex a Rege
 petat. Verum huic propositioni dolum
 subesse facile animadvertebatur; si e-
 nim *omnibus* tam Acceptantibus, quam
 opponentibus silentium fuisset imposi-
 tum, refractarii nec ultra censuris pu-
 niri, nec eorum appellationes refelli
 sed

(*) Falsum est, quod Galli sibi a Bullis dog-
 maticis appellandi jus arrogent.

Sæc. XVIII. sed potius impune multiplicari possent
 A. C. 1717. Eapropter Pontifex inter reconciliatio-
 nis media proposuit ejusmodi silentium,
 quod tamen *nonnisi Appellantes* obstrin-
 gat, & pariter Rex in sua declaratione
 severe illis inhibeat, ne ullo pacto Con-
 stitutionem ore vel calamo impetant.
 Hoc Pontificis consilium Cardinalis Tre-
 mollius Serenissimo Regenti literis suis
 manifestabat, re autem comperta Ap-
 pellantes petebant, ut prius Cardinalis
 Noaillius suam appellationem publici
 juris facere permetteretur, ne Consti-
 tutionem tacite acceptasse videretur,
 ac insuper ad tollendas conscientiarum
 anxietates in Regni declaratione usus
 excommunicationum declararetur, &
 appellationes factæ pro Canonicis habe-
 rentur, ne Rex suo interdicto eas dam-
 nare voluisse videretur, ac demum ut
 hujus controversiæ, circa quam silen-
 tium imponatur, decisionem nequa-
 quam ad Pontificem, sed ad futurum
 Concilium generale remittat. Atta-
 men has condiciones deposcebant Ap-
 pellantes, eo fine, ut ipsi suam bilem
 in Constitutionem effundendi tempus
 adhucdum haberent, & diffidia inter
 Papam & Regem sererent, probe con-
 scii, quod Pontifex Regis declaratio-
 nem circa excommunicationes & ap-
 pellationum valorem tanquam Eccle-
 siasticæ

fiasticæ auctoritatis usurpationem re-
 jecturus esset: Attamen Cardinalis Tre-
 mollius horum propositiones flocci ha-
 buit; subodorabatur enim, hæc ab eis
 eo fine proponi, ut Rex & Regnum ap-
 pellationibus jam factis adhærere, &
 defuncti Regis mandata de acceptanda
 observandaque Constitutione tacite re-
 vocari, necnon Bullam in Ecclesia vim
 legis nunquam obtinuisse, declarasse
 crederetur, ac denique, ut hujus causæ
 decisione in proximum Concilium
 remissa, ipsemet Rex contra Constitu-
 tionem ad Concilium juxta Appellan-
 tium normam provocasse videretur.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

§. XVII.

*Regia declaratio de silentii lege circa
 præsentem controversiam.*

Quoniam vero Cardinalis Tremollius
 per Silentii legem, prout eam
 Pontifex imponere meditabatur, tur-
 bas sedandi media magis expedita red-
 di sperabat, hinc ipse ejusmodi decla-
 rationis typum, qui tam Romanæ,
 quam Gallicæ Curie acceptus esset,
 concepit, atque ad Regni Regentem
 transmisit. Illius summa erat hæc:
 „cum ex scribendi licentia jam a longo
 „tempore nil nisi novæ contentiones
 „ortæ fuissent, necessarium videtur,
 „sub

Dorsann. &
 Lafiteau l. 6.

Sæc. XVIII. „sub gravissimis pœnis prohibere, ne
A. C. 1717. „deinceps quicquam agatur, dica-
 „tur vel scribatur circa præsentem con-
 „troversiam, donec Pontifex hanc causam
 „terminandi media obtulerit. Attamen Cardinales Rohanius & Byssius
 ejusmodi declaratione Acceptantium honori haud cautum esse existima-
 bant, cum his quoque silentium imponeretur, proin nec iis, rebellium insultus
 punire amplius liceret, quod tamen Principis laici potestatem excederet,
 petebant igitur, ut duntaxat contra Bullam scribere vel loqui prohiberetur,
 nihilominus Tremollius prosperi successus fiducia præventus, neglecto ho-
 rum consilio, Serenissimo Regenti rescripsit, consultissimum esse, ut silentii
 lex tamdiu imponeretur, quamdiu Romæ Feuilladi Oratoris negotiatio cum summo
 Pontifice perduraret: Placuit Serenissimo Regenti hoc consilium, quod
 ejusmodi mox declarationem, ut conciperet, suo præcepit Cancellario,
 quam etiam Regens die prima & tertia Octobris præsentem Cardinale Noaillo,
 Cancellario, & Uxelio Marchione prælegi jussit: Igitur die septima ejusdem
 Mensis paucis mutatis hæc declaratio promulgata, & tertio post die Romam
 transmissa est, unacum duabus literis, in quarum prima, quam proficua Sedi
 Apo-

Apostolicæ esset hæc declaratio circa Sæc. XVIII.
 silentium exponebatur, in altera vero A.C. 1717.
 significabatur, quod exortis in Regno
 diffidiis nonnisi summi Pontificis aut
 Concilii Generalis auctoritate compo-
 nendis, æquum ac iustum esset, ut
 prius ad Sanctitatem suam recurrere-
 tur, interim vero, donec ea rem de-
 finierit, silentium imponeretur, cuncta-
 que hucusque acta in suspenso perma-
 nerent. Cardinalis quoque Noaillius
 Regenti non tantum ore, sed suo e-
 tiam chirographo pollicitus est, quod,
 si Regni Regens I. fidei professionem,
 prout inter Acceptantes & Opponentem
 Episcopos unanimi consensu concepta
 fuisset, Romam mittere, ac II. efficere
 velit, ut ea nomine Acceptantium summo
 Pontifici exhiberetur, atque III. illam
 sacra Sedes approbatura esset, adim-
 pletis hisce tribus conditionibus ipse
 Constitutionum acceptare paratus fo-
 ret. Postquam igitur Regens Noaillio
 suam obstrinxisset fidem, Regia decla-
 ratio, & præfata fidei professio unacum
 Regentis Serenissimi literis die decima
 septima Octobris ad Trimollium Ro-
 mam transmissa est: In ea Ludovi-
 cus XIV. Rex exposuit, quod defuncti
 Regis vestigiis insistens, turbas occa-
 sione Constitutionis *Unigenitus* inter Ec-
 clesiasticos exortas reddita pace extin-
 guere

Sæc. XVIII. A. C. 1717. guere decreverit, cum ergo post varia media incassum adhibita experientia docuerit, hæc pacis consilia potissimum altercationibus mutuis, & scribendi, libellosque vulgandi licentia, qua non pauci Episcopos convitari, Regni leges violare, summaque temeritate ipsam sacram Sedem summumque Pontificem injuriose impetere ausi sunt, non sine maximo Religionis detrimento & Ecclesiæ hostium triumpho interturbari, omnesque malum sanandi vias eludi, hinc Rex haud dignius suam auctoritatem impendere posse ratus, quam si tanquam Ecclesiæ Protector veluti per inducias viam ad stabilem pacem præpararet, quin ullo pacto suam potestatem ad ea, quæ doctrinam concernunt, extendere præsumat, sibi persuasissimum habens, quod sacrum hoc depositum alteri potestati sit conceditum. Statuit ergo ex plurimum Regni Præsulum, qui inter se circa fidem haud dissentire sæpius declararunt, consilio imponere silentium non minus utile, quam necessarium eo tempore, quo Episcopis circa dogma unitis, & circa reliqua facile conciliandis permiosissimum foret, Ecclesiam altercationibus turbari. Postea profitebatur Rex quod has inducias seu silentium nequam ad tempus indefinitum, cum hoc

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

ejus potestatem excederet, extendere intendat, sed duntaxat illud tamdiu observari velit, donec Pontifex Franciæ mala misertus, solidam pacem reddendi media proposuerit, & Rex ad Pontificis mentem ea executioni dare potuerit, interea vero Rex omnia in suspenso haberi. ac prudenti utilique rigore contra turbidos calamos & ora procedi velit. Eapropter declaravit & præcepit Rex, ut omnia jurgia, contentiones, & dissidia hucusque occasione Constitutionis mota suspendantur, imposito circa hanc rem perfecto silentio, usquedum Pontifex media ad extinguendas hasce dissensiones apta suppeditaverit: Cunctis igitur Universitatibus ac præcipue Theologiæ Facultatibus sint interdictæ disputationes circa materiam Constitutionis: omnibus etiam, cujuscunque status & conditionis, sub pœna rebellionis, & inobedienciæ sit prohibitum, scripta, libellos &c. circa hoc argumentum componere, typis mandare, vendere aut divulgare, vel directe aut indirecte quicumquam loqui, scribere &c. contra reverentiam sanctæ Sedi & summo Pontifici debitam: vetitum insuper, ne injuriosa nota *Novatorum, Jansenistarum, Semi-Pelagianorum, schismaticorum, hæreticorum, aut factiosorum* mutuo sese

Hist. Eccles. Tom. LXIX. Mm la

Sæc. XVIII. A. C. 1717. laceffant: Denique omnibus Regni Præfulibus injunctum, ut tranquillitatem quæ per hanc declarationem reddi intenditur, in fuis diæcefibus conſervare, omnesque Provinciæ Curiz, Juges &c. hujus declarationis executionem promovere, in transgreffores eorumque ſcripta inquirere, ea ſupprimere, comburere, lacerare, reosque ſtatutis poenis caſtigare ſtudeant &c.

§. XVIII.

Hujus negotiationis Succellus.

Quamprimum Cardinalis Tremellius cuncta hæc ſcripta receperat, conſeſtim lætus ea ſummo Pontifici exhibuit, illum his verbis allocutus: „Sanctiſſime Pater: En fidei profeſſionem præſente Regni Regente factam, „ab Episcopis Acceptantibus approbatam, & ab omnibus tam Conſtitutionem recipientibus, quam eidem reſpondentibus ſubſcriptam: Exponunt orationes Bullam, exhibent ſuam fidem non Opponentem, ſed acceptantem, ut ſua Sanctitas eam approbet: benevolentia Sanctitas ſua a Cardinale Noaillo impetrabit ſinceram Bullam acceptationem: id ipſemet ſuo ſignographo, cujus fidem Regni Reges in manibus tenet, pollicetur &c.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

rum ad hæc reposuit Pontifex, quod circa expositorum veritatem maturius deliberare, ac doctrinæ seu fidei explicationem serio discutere velit: clam vero Bentivoglio suo Nuntio datis literis injunxit, ut ex Rohanio & Bysio Cardinalibus expiscaretur, an transmissa Romam explicatio cum autographo Parisiensi ab Episcopis Acceptantibus subscripto exacte respondeat: interim vero quatuor Cardinalibus Pauluccio, Fabronio, Tolomæo & Albano negotium dedit, ut propositam fidei professionem exacte ponderarent. Hi ergo præprimis examinandum susceperunt, an dogmatum puritas & sacræ Sedis honor per transmissæ professionis Approbationem in tuto collocaretur; hoc enim firmato censebant, Pontificem posse omnino aquiescere Acceptantium Episcoporum petitioni, proin etiam promissæ pacis certitudini. Ut de hoc certiores essent, edoceri cupiebant. I. An exposita doctrina esset sana, & orthodoxa. II. Utrum eam re ipsa *Acceptantes* ad Papam transmiserint? III. An sperandum sit, quod Noaillius ad Pontificis vota Constitutionem recepturus sit: Priusquam igitur de Bulla, per quam proposita doctrina approbaretur, suam sententiam ferrent, certo cognoscere voluerunt hi

Mm 2

Car-

Sæc. XVIII. A. C. 1717. Cardinales, an hæc doctrina nil, quod offendere posset contineat, utrum Acceptantes illius approbationem efflagitent, & an per hanc Pontificis moderationem pax solida & constans sperari valeat. Ad hæc reposuit Tremollius, circa propositæ doctrinæ veritatem Pontificis iudicium expectari, ceterorum autem se ignarum esse, Noailium vero Constitutionem, quamprimum Pontifex petitæ approbationis Bullam ediderit, absdubio acceptaturum, damnetoque Quesneli libro, propositiones damnatas proscripturum: Verum his nondum contentus Pontifex, certior fieri petebat, quibus denique terminis Noailii acceptatio conciperetur, & utrum renitentes vel Acceptantes Episcopi approbationis Bullam postularint? Interim Tremollius importuna contentione a Papa petiit, ut circa doctrinæ summarium promptam acceptandam daret responsionem: Pontifex vero misso ad Tremollium Allamano eidem significavit, quod tam ipse, quam deputati Cardinales ac Consultores in prefata doctrina propositiones censuræ obnoxias reperiissent, ipse autem exactius eas discuti iusserit, nec spes abesse illis fors ad orthodoxum sensum revocatis Romæ negotium absolutum nisi si Parisiis sincera pacis voluntas non abesset.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XIX.

*Novi Appellantium tumultus Parisiis
excitati.*

Postquam hoc Pontificis responsum
Parisiis innotuerat, Appellantes pacem, quam proxime a Papa confici arbitrabantur, perturbaturi, toti in eo erant, ut fidem, quam Regni Regens de certa Noailii acceptance fecerat, Clementi XI. suspectam redderent, huncque adversus illum concitarent: Ea propter ejusdem Cardinalis appellationem nulla mora publicis typis vulgarent unacum illius mandato, in quo Noaillius ex Bulla *Unigenitus* omnia mala dimanasse, eamque obscuram esse, ac explicationibus indigere & propterea ad Concilium, donec Bulla vel a Pontifice, vel ab Episcopis Gallicanis communi consensu explicaretur, se appellare aiebat, ejusmodi tamen Concilium petebat, quod esset legitimum & in loco securo, quo vel ipse vel ejus Deputati tuto venire possent, congregatum, ad hoc igitur Concilium non modo a Pontificis Constitutione, sed etiam ab omnibus Papæ decretis, epistolis & quibuscunque poenis vel censuris contra se vel suos pronuntiandis appellabat, atque in sua Instructione Pastoralis ejusmodi

Lafiteau l. 6.

Sæc. XVIII. modi appellationes esse legitimas
A. C. 1717. Canonicas probare nitebatur. Ut vero
 Quesnelliani Pontificem adversus Regni Regentem adhuc magis concitarent, Noaillii appellationem Ecclesiasticæ Curix & Parisiensis Universitatis tabulis inseri procurarunt, Sorbonæ Cancellario inter alias hujus facti rationes allegante, quod ex singulari erga Pontificem reverentia, & sacre Sedis honorem procurandi studio hanc appellationem, qua Cardinalis sinceram suam erga Ecclesiæ Romanæ decreta submissionem, immotam erga D. Petri Cathedram adhæsiorem, perfectam venerationem, plenam erga Principis Apostolorum obedientiam verumque Ecclesiæ & Franciæ pacem relinquendi desiderium testaretur, ad Universitatis acta referre permotus fuerit. Ad vero impudentius religioni ac Pontifici insultari potuisset, aliorum judicio relinquimus. Insuper huic appellationi non modo Parisiensis Ecclesiæ Metropolitanæ Capitulum die vigesima Septembris, sed etiam sequenti die quadraginta octo Parochi pro se suisque Capellanis adhæserunt, ac tertio post Parisina Facultas Theologica suam appellationem confirmavit, declaravitque quod Noaillii appellationem cum summa veneratione acceptet, æternamque


suæ reverentiæ monumentum relictura, Sæc. XVIII. A. C. 1717. ejusdem Cardinalis appellationem suis actis inferere, Deputatisque ad eum duodecim Senioribus Magistris eidem suum fidei ac Religionis tuendæ Zelum ac constantiam gratulari decreverit.

§. XX.

Pontificis indignatio contra Regis declarationem.

Temerarii hi ausus ad appellantium vota summum Pontificem eo acerbius irritabant, quo minus expectatæ essent ejusmodi machinationes in ea temporum vicissitudine, in qua proxima Noailii subjectio ipsius Regis nomine Romæ annuntiabatur, ac ipse Rex ad obstruendas erroris fauces silentium imponebat: Explicabat præprimis Pontifex suam indignationem contra impoliti silentii rationem per literas, quas ad Regentem dari jussit; postquam vero solemnem Bullæ appellationem Cardinalis Noailii nomine Parisiis typis editam ubique divulgari compererat, atque in ipsa Regis declaratione Acceptantibus quoque, imo ipsis solis & quidem circa doctrinam jam in Galliis, ac universo pene Orbe receptam silentium imponi, atque Appellantibus omnem declamandi licentiam relinqui exi-

Epist. Clem. XI. pag. 2276. Dorfann. pag. 362. i



Sæc. XVIII stimabat, ad Regni Regentem die Se-
 A. C. 1717 ptima Decembris querulas hæc dedit
 literas :

„Ubi primum dilectus Filius noster
 „Joseph S. R. E. Cardinalis de La Tre-
 „moille ad Nos attulit Edictum Cha-
 „rissimi in Christo Filii nostri Ludovic
 „Francorum Regis Christianissimi no-
 „mine promulgatum, quo silentium
 „circa Constitutionem nostram: *Unige-*
 „*mitus* dissidentibus Partibus indiceba-
 „tur, donec per Nos, & hanc S. Se-
 „dem opportunum gliscentibus turbis,
 „malisque remedium adhiberetur, pa-
 „terni animi nostri dolorem dissimulare
 „non potuimus, quasi scilicet turbas
 „prædictas sedandi ratio aliunde ad-
 „huc, quam ab integra, sinceræque
 „detrectantium obedientia petenda ef-
 „set. Justas porro doloris hujusmodi
 „causas non modo eidem Cardinali,
 „sed datis etiam literis Ven. Fratri Cor-
 „nelio Archiepiscopo Carthaginensi Nun-
 „tio isthic nostro diserte explicavimus.
 „illas propterea ad Te jam perlatas esse
 „non dubitamus. Verum ut injuncti
 „Nobis divinitus Pastoralis muneris de-
 „bito plenius satisfaciamus, gravissi-
 „mam hanc sollicitudinem per literas
 „quoque nostras Tibi duximus aperien-
 „dam. Quamquam enim tuendæ pa-
 „cis propositum, atque ad avertendas
 „con-

„contentiones Regiæ mentis consilia Sæc. XVIII.
 „reprobari minime possint, intimis ta- A. C. 1717.
 „men sensibus angimur, quod saluber-
 „rimis Regis cogitationibus artes eo-
 „rum, qui oderunt pacem, obreperint,
 „& planam tritamque sacrorum Cano-
 „num institutis & Majorum exemplis
 „parandæ concordæ viam intercludere,
 „lubricam vero ac præcipitem, Disci-
 „plinæque Canonicæ adversantem, e-
 „mentito quidem pacis nomine, sed fo-
 „vendæ discordiæ consilio munire stu-
 „duerint. Pro eximia siquidem animi
 „tui æquitate, ac sapientia plenissime
 „prospicis, quam grave bellum Eccle-
 „siæ inferatur, cum veritati silentium
 „indicitur, erroris impunitas alitur,
 „Pastoribus reducendarum, ac servan-
 „darum Ovium potestas adimitur, nul-
 „loque discrimine illi etiam inter Or-
 „thodoxos numerantur, & æquo jure
 „cum ceteris habentur, qui ab audien-
 „da Petri voce, & a grege Pastori suo
 „adhærente sese subdixerunt. Quoniam
 „igitur ab ipso susceptæ a Te istius Re-
 „gni administrationis primordio maxi-
 „mam veræ pacis spem in egregia tua
 „pietate ac prudentia collocavimus,
 „tuorumque verborum bene memores
 „sumus, quibus jam pridem Nobis pol-
 „licitus fuisti, Constitutionis prædictæ
 „negotium cum Ecclesiæ plausu, ac

Mm 5

„prox-

Sæc. XVIII. „prorsus ex animi nostri sententia brev
A. C. 1717. „conficiendum esse, enixe Te hortamur
 „ut Christianissimum Regem præclar
 „jam indole, atque institutione ad in
 „crementa Catholicæ Religionis incum
 „bentem, tuis consiliis adducas, ut ne
 „perdat justum cum impio, nec cum
 „malo etiam bonum indiscrete projiciat
 „Obstruat quidem os loquentium im
 „qua: at prædicandæ veritatis liber
 „tatem non auferat, nec Regale impe
 „rium cum Ecclesiasticis Constitutio
 „bus immisceat; Ecclesiam demum se
 „cundum Canonicas præscriptiones rite
 „tueatur, nec aliam illius pacis, quam
 „inquiret, viam superesse intelligat
 „quam ut renitentes Episcopi sanctæ
 „consilia suscipiant, eamque Constit
 „tioni nostræ obedientiam, quam ei
 „reliqui omnes Catholici Orbis Anti
 „stites detulerunt, tandem deferre non
 „recusent. „

§. XXI.

*Noaillii Cardinalis appellatio impro
 sa a Parisiensi Parlamento
 damnata.*

*Hist. Cont.
 Chron. l. 16.
 pag. 74.*

Quo magis sincera erat Serenissimi
 Regentis pacem reddendi voluntas,
 eo graviore iracundia effervecebat
 contra Noaillium Cardinalem, eo
 quoque

quod in præfenti rerum viciffitudine ^{Sæc. XVIII.}
 fuam appellationem non fine Regiæ ^{A. C. 1717.}
 auctoritatis contemptu, datæque fidei
 violatione publici juris feciffet: qua-
 propter illum accerfiri juffum graviffi-
 mis verbis objurgabat: Equidem Car-
 dinalis fe infcio appellationem fuiffe
 typis imprefam reposuit: Regens vero
 id fibi perfuadere haud valens, Parla-
 mento Parifiensi injunxit, ut contra
 appellationis editionem legum feveri-
 tate ageret. Tum vero Noaillius nul-
 lum non movit lapidem, ut hanc a fe
 labem amoliretur; præprimis ergo, fe
 quidem hujus appellationis Auctorem
 effe fatebatur, eam vero fub editionis,
 quæ fe invito facta fuiffet, prætextu
 atro pariter calculo & carbone notari
 haud patiebatur; tam probroffam igitur
 damnationem præpediturus, fup-
 plex Regentem adiit, a quo tamen re-
 pulfus, Regis Miniftrors ad fuas partes
 pertrahere, amplisque promiffis follici-
 tare conatus eft. Aft incaffum omnia;
 Parlamentum enim die prima Decem-
 bris Noaillianæ appellationis editionem
 tanquam Regiæ Declarationi contra-
 riam condemnavit, eamque legi aut
 divendi inhibuit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XXII.

*Aliud reconciliationis medium frustra
tentatum.*

*Lafiteau t. c.
pag. 75.*

Hac Parlamenti censura nondum plene satisfactum erat Pontifici, eo quod *damnata editio* semper tamen ipsa Noaillii *appellatio* salva persisteret; cum autem Appellantes, silentium imponi se nunquam passuros, sæpius Romam perscripsissent, nisi prius prælati Cardinalis appellatio publici juris fieret, hinc Pontifex sperabat, ipsam eius appellationem per sinceram Constitutionis acceptationem tacite revocandam. Eapropter indignationem premeus, Noaillium per ipsos suos amicos Romæ agentes ad saniora reducere statuit. Hos inter præcipuus erat Plenefus, cui frequentissimum erat literarum commercium cum prædicto Cardinale, eique adhærentibus. Compererat autem Pontifex, quod hic idem in familiari colloquio affirmasset, Appellantibus ferme satisfactum fore, si Bullam, qua doctrina inter utriusque partis Episcopos stabilita approbaretur, obtinere possent: Plenefo igitur Pontifex significari iusserat, se quidem cunctos doctrinæ articulos approbare non posse, decrevisse tamen Noaillio explicatio-

cationes ab eo petitas transmittere, Sæc. XVIII. A. C. 1717.
 atque in cunctis doctrinæ articulis cor-
 rigenda corrigere, ficque emendatos
 in Brevi ad Acceptantes inscripto *ex-
 plicare*. Facta hac Pontificis declara-
 tione caussa finita credebatur, quocirca
 Planefus mox veredariis equis clam
 Parisios Virum ablegabat, qui pronam
 Pontificis voluntatem Appellantibus re-
 ferret: Attamen hi cum maximo Pon-
 tificis contemptu, omniumque admi-
 ratione arroganter responderunt, se nec
 petere, nec unquam petiisse a Papa
 explicationes; has enim absdubio suæ
 Constitutioni consonas fore, proin reji-
 ciendas, unice ergo Pontifex vel omnes
 doctrinæ articulos approbaret, vel si
 explicationes addere vellet, non alias,
 nisi Appellantium menti conformes mit-
 teret, & ne has quidem recipiendas
 fore, nisi illæ inferantur Bullæ Consti-
 tutioni *explicativa*, quæ Constitutioni
Unigenitus deroget: quod si tamen Pon-
 tifex doctrinæ summarium approbare
 vellet, tum Bullam *approbativam* suffi-
 cere, dummodo ea ad Acceptantes Epi-
 scopos non dirigeretur. Hoc respon-
 sum, quamvis sat arrogans esset, ar-
 dens tamen, quo Pontifex æstuabat,
 pacis reddendæ desiderium non atten-
 tuaverat, declarans, quod omnes qui-
 dem doctrinæ articulos approbare non
 posset,

Sæc. XVIII posset, utpote ab erroribus adeo non
 A.C. 1717. exemptos, ut eos ab Acceptantibus
 approbatos haud crederet, sed a Noail-
 lio in pluribus immutatos, ipsumque
 Regentem ab eo deceptum fuisse su-
 spicaretur, nihilominus retenta doctri-
 na orthodoxa, vitiosum per Bullam *ex-*
plificativam sanare paratus sit, dummodo
 Noaillius formam, sub qua Constitu-
 tionem acceptare voluerit, nulla morâ
 transmittat. Nil propius, quam plena
 opponentium subjectio videbatur: at
 ad Pontificiæ indulgentiæ mensuram
 crescente in diem Appellantium audacia,
 Noaillius responsi loco scriptum quor-
 dam *explicativæ* Constitutioni inseri, &
 circa quæstionem facti religiosum at-
 que æternum silentium a Papa imponi
 petiit, quo non impetrato, declarant
 Opponentēs, se nec *explicativam*, nec
approbativam petere Bullam. Cum ergo
 Pontifex inde luculenter cognosceret,
 quod Opponentēs suis cavillis, & si-
 mulato pacis studio nil nisi Papam &
 Regni Regentem ludere, ac re ipsâ
 Quesneli librum & propositiones inde
 depromptas ab erroris labe purgare
 quærent, hinc conclamata reconci-
 liationis spe horum pertinaciam pro-
 meritis pœnis compefcere statuit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XXIII.

*Epistola Cardinalis de Rohan
ad Lingonensem Episcopum.*

Sub idem tempus Franciscus de
Clarmont Lingonensis Episcopus,
quem tandem crebræ inter Appellantes,
& Acceptantes Episcopos habitæ
consultationes, finem acceperint, sol-
licitus hac super re ad Cardinalem Ro-
hanium perscripsit, ab eodem vero hoc
tulit responsum: „Epistola, quam ad
„me dedisti, summo me affecit gaudio;
„nec luculentius amicitiaæ tuæ mihi
„summopere æstimabilis specimen a te
„recipere potuissem, unde vicissim te
„nero fervidoque affectu erga te exar-
„desco. Sciscitaris, quo fausto admo-
„dum sydere dissidia circa Constitutio-
„nem inter nos fuerint composita:
„absdubio rem a Lugdunensi Archi-
„episcopo percepisti: nihilominus, quid
„gestum fuerit, paucis exponam: Tan-
„dem circa explicationes convenimus,
„quas Jansenismo æque, ac reflexio-
„num moralium libro, necnon centum
„& uni propositionibus damnatis recta
„opponi existimavimus: exhibita qui-
„dem nobis est acceptatio *relativa*, sed
„ejusmodi relationis, quæ tantum ab-
„est, ut iudicium, quod acceptamus
„im-

Sæc. XVIII. „immutet, quin potius illud confirmet;
A. C. 1717. „admisimus expressiones ab omni æqui-
 „vocatione alienas, quocirca ea, quæ
 „nobis proposita sunt, velut ingens
 „bonum venerati sumus, nec reipia
 „leve est bonum, quod Præfulum po-
 „tissimi, & pene innumeri Ecclesiastici
 „secundi Ordinis juxta exemplum Car-
 „dinalis Noailii in præstanda submis-
 „sione erga Judicium Apostolicum no-
 „biscum conspirent. Horum dissensio
 „olim omnium malorum nostrorum sca-
 „turigo erat, nunc vero tot malorum,
 „quæ per quinquaginta & amplius annos
 „Franciæ Ecclesia deplorabat, finem
 „fore proximum, sperare licet. Infra
 „per Regia sua Majestas nobis pollice-
 „tur, eam, quantum suarum partium
 „erit, ad sananda Episcopatus & Reli-
 „gionis vulnera omne collaturam auxi-
 „lium, quinimo jamjam *formula* nobis
 „exhibetur Regii illius diplomatis, quo
 „Regium edictum anno hujus sæculi
 „decimo quarto confirmatur, nostrarum
 „rumque Ecclesiarum pax reducitur.
 „Ea igitur facies est rerum nostrarum
 „hæc tibi quoque, si probantur, sum-
 „mopere gaudeo, cunctis quoque ex-
 „cutioni datis ad Senones proficiscar.
 „nimium felix, si ibidem tuo quoque
 „consortio frui licebit; reperies opus
 „pen-

„pene consummatum, cum quanto Sæc. XVIII.
 „igitur animi jubilo poterimus desuper A. C. 1717.
 „nostra miscere colloquia (*) &c. „

§. XXIV.

Quesnelli appellatio a summi Pontificis Constitutione.

Grassante quam latissime diffensionum *Acta publ.*
 incendio P. Quesnellus, qui pri- *Const. p. 351.*
 mus ignem subjecerat, haud otiosus
 spectator esse voluit, sed ex suis Am-
 stellodamensibus latebris progressus, ad
 quatuor Episcoporum, & Noailii imi-
 tationem ipse quoque suam appellatio-
 nem ad Parisiensem Archiepiscopi Cu-
 riam transmisit: Quantum vero in sua
 pervicacia obduruerit, luculentum ni-
 mis testimonium reddidit in præfatio-
 ne sua, quam die octava Augusti suæ
 appellationis literis præfixit. In ea
 enim exponit, quod non modo amico-
 rum sollicitatione, sed & proprio reve-
 rentiæ debitæ stimulo incitatus, cele-
 berrimorum Præsulum, & Matris suæ
 Facultatis Theologicæ Parisiensis ap-
 pellationi inhærere statuisset, id tamen
 dif-

(*) Hæc epistola asservatur in Archivo
 Conventus Augustani Carmelitarum Discal-
 ceatorum.



Sæc. XVIII. differre voluerit, ne Noaillium Archiepiscopus suum, quem tamen prima Aprilis die appellaturum comperiisset, præveniret: nunc vero de ejusdem appellatione die tertio ejusdem Mensis interjecta certior factus, tandem die decima quinta Julii literas suæ appellationis ad Concilium Generale signasset: Cum autem hæ literæ, utpote in quibus præter allatas appellandi rationes, insuper Constitutionis nullitatem demonstrasset, illas ob suam molem ab Episcopali Curia recipi veritus esset, eas actis inseri, ad tempus magis opportunum reservavit: considerans autem, se jam octogesimum tertium ætatis annum fuisse emensum, & facile subitanea morte a legitima suæ appellationis declaratione præpediri posse, hinc demum alias literas, veluti prioris appellationis compendium die decima quinta Julii confecerit, hæque die vigesima tertia ejusdem Mensis ad acta Archiepiscopalis Curie relatae fuerint. Postea prævenire nititur objurgationem eorum, qui duriores & obedientiæ ac venerationi Episcopis, & Episcoporum primo debitæ contrarias expressiones in ejus scripto forsuggillarent; asseruit, se proprie nec contra Papam nec contra Episcopos verum exaltare, sed contra Molinistas & depræ-

depravatæ ac laxioris doctrinæ Affer- Sæc. XVIII.
tores, qui suis artibus Pontifici hanc A. C. 1717.
Bullam ab ipsis fabricatam, & defuncto
Regi Instructionem Pastoralem suppo-
suerunt: se veram Pontifici quidem
obedientiam profiteri aiebat, teste au-
tem Toletio Jesuita, *non sufficere obedi-
entiam tantum, sed debitam, quia cum abs-
que rationabili causa aliquid præcipitur,
non debemus obedire (a) sicut ergo, juxta
Bellarminum (b), licet resistere Pontifici
invadenti corpus, ita licet resistere invadenti
animas, vel turbanti Rempublicam, Et
multo magis, si Ecclesiam destruere nitere-
tur, quod autem Constitutio Unigenitus
sit fidei & moribus Ecclesiæ Catholicæ
contraria, constare aiebat Quesnellus,
ex eo, quod ingens Episcoporum & Fa-
cultatum Theologicarum numerus ta-
lem esse judicet.*

Ceterum binæ Quesnellianæ appel-
lationis literæ nil nisi querelas, spe-
ciosos Præsulum renitentium obtentus,
falsasque criminationes, vanaque sub-
terfugia & centies recoctam crambem
continent.

Nn 2

§. XXV.

(a) Instruct. Sacerd. l. 5, cap. 4.

(b) Lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 22.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XXV.

*Ravecheti Parisinæ Facultatis Syn-
dici obitus.*

*Dovsann.
Journal
pag. 331.
& 361.*

Postquam die quinta Martii Ravechetus Sorbonæ Doctor & Facultatis Parisinæ Syndicus ob temerarios suos ausus Regio edicto Briacum Britannicæ Superioris oppidum exulare iussus erat, die prima Aprilis ex Parisina urbe e-jectus, continuato itinere ad Rhedones pervenit, ubi periculoso morbo, velut pedissequo suæ rebellionis vindice, correptus, ad S. Melaniæ Abbatiam deferebatur. Paulopost horridis stranguriæ doloribus cruciatus, mors suæ horam appropinquare senserat: Ut vero, qualis in vita fuerit, vivo cordis sui testimonio profiteretur, die decima quinta Aprilis sequens scriptum reliquit:

„Credo omnes veritates a Christo
„Domino Ecclesiæ suæ revelatas, in
„cujus gremio per Dei gratiam Bap-
„tatus semper vixi & mori volo, qua-
„cum etiam omnes, quos ipsa damnat,
„& damnatura est, errores condemno.
„Veneror summum Pontificem, Epi-
„scopum Romanum tanquam D. Petri
„Successorem, Primum Christi Domini
„Vicarium, visibile ejusdem Ecclesiæ
„Caput: Veneror Sedem Apostolicam

„tanquam centrum unitatis, a qua sese Sæc. XVIII.
 „separare nunquam licet, etsi Papa a A. C. 1717.
 „sacra doctrina deviet. Ex toto corde
 „omne schisma & dissensionem detestor:
 „idem sat manifeste in appellatione
 „mea ad futurum Concilium generale
 „testatum reddidi, & ipsa etiam
 „Facultas nostra in famosis articulis
 „contra Lutheri errores Anno 1542.
 „professa est. In hac fidei declaratione
 „mori cupio &c., Facta hac fidei pro-
 „fessione postremis Ecclesiæ muniri ef-
 „flagitans sacramentis, die vigesima
 „quarta Aprilis decessit: receperat prius
 „publice sacrum Viaticum, extremam-
 „que unctionem nullo reclamante, præ-
 „ter Jesuitarum Rectorem, qui cum Pa-
 „rocho, eoquod hic defunctum quoque
 „in Ecclesia PP. Benedictinorum ad S. Me-
 „laniam sepeliri admiserit, excoꝛtulaba-
 „bat, qui tamen se cuncta ex Domini
 „Perrini Vicarii Generalis Rhedonensis
 „mandato egisse, Rectori reposuit. Quid Vid. supra
 „ad hæc dixisset Brietius, & pro eo qui tom. 55.
 „dam Anonymus. Spargebant Moli- pag. 717.
 „nistæ, quod Ravechetus suam appel-
 „lationem revocarit, qui tamen habita
 „hujus rumoris notitia ipsemet adhuc
 „vita superstes coram Notario cuncta,
 „quæ in Sorbona egisset, confirmavit:
 „dissipato hoc rumore rursus incerto ser-
 „mone jactabant, Rhedonensem Episco-
 „pum

Sæc. XVIII. A. C. 1717. pum Vicariis suis per literas injunxit, ut Ravechetum ab immolanda cælesti hostia arcerent, procurarentque, ut quamprimum urbe excederet: alii nil propius esse vulgabant, quam ut defunctus utpote excommunicatus exhumaretur: Verum se ejusmodi mandatum dedisse, pernegabat Episcopus, rumorisque falsitatem manifestabat eventus. Paulo post in lucem prodire *observationes in fidei professionem Ravecheti Syndici ad PP. Benedictinos Congreg. S. Mauri inscriptas*, quarum Author Syndicum velut hæreticum ac schismaticum ab æternæ salutis spe exclusit, atque in eos, qui illum immodicis laudibus cumularunt, invectus, appellationem a sententia in rebus temporalibus, non autem a Constitutionibus dogmaticis legitimam esse ostendit. Has vero observationes Britannus Procurator Generalis in publico Parlamenti confesso confutare aggressus, Ravechetum tanquam Virum virtutibus, & morum integritate longe celeberrimum, & Noallium velut illustrem Ecclesiæ Gallicanæ defensores deprædicabat.

§. XXVI.

Pontificis studium in promovenda Constitutionis suæ acceptance.

Quo magis diffensionum flammæ in Sæc. XVIII.
 Gallis quamplurimas Diæceses, A. C. 1717.
 Collegia, atque Universitates continenti
 incendio involvere viderentur, eo con-
 tentiore studio summus Pontifex totius
 Orbis Catholici Præsules vel ad tuen-
 dam vel ad acceptandam Constitutio-
 nem suam hortabatur; cum ergo Ja-
 cobus Arelatensis Archiepiscopus die
 vigesima quarta Januarii datis literis
 summo Pontifici significasset, quod suæ
 Provinciæ Episcopi secum idipsum una-
 nimiter sentiant & sapiant, die octava
 Martii Pontifex constans & singulare
 hujus Archipræsulis studium effuse lau-
 davit, fassus tamen, quod in coer-
 cenda factiosorum temeritate nimiam,
 & ultra quam pervicaciæ gravitas po-
 stularet, diuturniorem lenitatem, quam
 idem Archiepiscopus modeste Pontifici
 objectabat, adhibuerit, id vero se ideo
 fecisse asseruit, ut tentatis omnibus
 longanimitatis præsiidiis paternæ cha-
 ritati cumulatissime satisfaceret, ac de-
 nique, si acriora remedia adhibere com-
 pelleretur, omnes justissimam gravio-
 ris animadversionis disciplinam eo lu-
 culentius agnoscerent, præfractamque
 reorum contumaciam detestarentur.
 Pari etiam encomio Pontifex die undeci-
 ma ejusdem Mensis commendabat Fran-
 ciscum Maylium Rhemensẽ Archi-

Epist.
Clem. XI.
pag. 2218.
¶ 2213.

Sæc. XVIII. episcopum, eoquod in tanto Religionis
 A. C. 1717. discrimine, perniciosisque novitatibus,
 quibus turbulenti Ecclesiastici univer-
 sam pene Galliam inficere moluntur,
 non carnem nec sanguinem respiciens,
 forti constantique animo obnitatur, re-
 bellium audaciam, & imprudentiam
 Pastorali virga coerceat, saluberimis-
 que Instructionibus ac monitis eos, qui-
 bus robur ad gravem hanc procellam
 sustinendam forte deesset, confortare,
 atque erigere non desistat: quocirca
 Pontifex eidem Archipræsuli spondebat,
 Apostolicæ Sedis auctoritatem, præsi-
 diumque ei nullo tempore defuturum:
 Pari etiam encomio deprædicabat Jo-
 sephi Bisuntini Archiepiscopi Zelum,
 atque constantem & filialem observa-
 tiam, quam unacum Clero & grege suo
 erga Papam, Sedemque Apostolicam
 in suis literis die trigesima Aprilis tes-
 tabatur, ac propterea Pontifex ejus-
 dem Archiepiscopi Nepoti Antonio Pe-
 tro Comiti de Grammont Canonicatum
 istius Metropolitanæ Ecclesiæ ab ejus
 Patruo dimissum contulit, eumque
 Coadjutorem Decani Majoris cum fu-
 tura successione deputavit.

§. XXVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.*Conimbricensis Universitas Constitu-
tionem Unigenitus solemniter
amplexata.*

Eodem tempore Cardinalis de Acunha *Temoignage*
Generalis Lusitanæ Inquisitor ante *de l'Eccl. de*
biennium Constitutionis acceptationem *Portugal*
cunctis Ecclesiasticis sub pœna excom- *p. 8. & 30.*
municationis ipso facto incurrenda in-
junxerat, die autem vigesima octava
Julii Parisiis Nemausensis Franciæ Epi-
scopus ad Almejdam Occidentalis Ulyf-
siphonæ Patriarcham, & Eburanum Ca-
pitulum Cathedrale perscripsit, quod
impii Galliæ Novatores eo pervenerint
impudentiæ, ut omni alteri Nationi præ-
ter Gallicam, fœdissimæ ignorantiæ,
conniventæ aut incuriæ notam inuren-
tes, asserere audeant, excepto Clero
Gallicano vix ullum esse Episcopum,
ac ne vix quidem, qui Constitutionem
forte legerit, aut intellexerit, eamque
ab Inquisitione fuisse quidem promul-
gatam, sed sine consensu & scientia
Episcoporum, ab his vero receptam
fuisse ex sola infallibilitate Pontificis
præsumpta, quin tamen curarent de-
finitiones inspicere: Hinc præfatus Epi-
scopus rogabat, ut ad eludendum hoc
enorme mendacium & frangendam ho-
rum

Nn 5

rum

Sæc. XVIII. rum erroris Magistrorum contumaciam
 A. C. 1717. tam Patriarcha quam Capitulum eidem

litteras mitterent, quibus tam eos, quam
 totius Provinciæ Episcopos doctrinam
 & traditionem Ecclesiæ in præfata Con-
 stitutione agnovisse ac recepisse testa-
 tum redderent: Eapropter Præfatus
 Patriarcha die vigesima octava Septem-
 bris ad hunc Episcopum litteras dedit
 in quibus ab omnibus Lusitanæ ceterarumque
 Provinciarum Archiepiscopis
 & Episcopis præfatum Constitutionem
 fuisse acceptatam testabatur, addens,
 quod si *semper alias, nunc maxime vera*
esset illa parcemia inter Gallos tritissima,
nemo Jansenistis mendacior, cum hi se
 obsequentes simulent Romanæ Sedi,
 ut in illam crudelius sine ulla suspi-
 cione sæviant, jactent se in sinu Ec-
 clesiæ remanere, ut in Ecclesiæ Pa-
 storem sint crudeliores, & millies te-
 merato juramento de damnandis quin-
 que propositionibus, Pontificias defini-
 tiones taliter traducant, ut solus, qui eas
 rejecerit pertissimus sit habendus, impe-
 ritissimus vero, qui illas receperit. His
 præmissis Patriarcha suo, ceterorumque
 Episcoporum nomine de Constitutionis
 judicio sequens tulit testimonium

„Noster ergo & nostræ Provinciæ
 „(imo & totius Lusitanæ) Episcopo-
 „rum sensus & Mens est, in præfata Con-
 „stitutione

„stitutione sanam Ecclesiæ Doctrinam
 „& Traditionem contineri, nec tamen
 „ideo id sentimus, quia ab Inquisitione
 „vel cum vel sine Episcoporum senten-
 „tia & consensu promulgata sit: imo
 „idem omnino sentiremus ex sola fide-
 „lis Amici Epistola serio testantis Con-
 „stitutionem fuisse Romæ promulgatam.
 „Ideo ergo ita sentimus, quia Pontificis
 „Ecclesiam docentis definitio est. Ita-
 „que captivamus intellectum in obse-
 „quium definitionis Ecclesiæ, quam ex
 „promulgatione (quæcunque illa tan-
 „dem sit) scimus, Pontificiam esse de-
 „finitionem, & Ecclesiæ: non cæca
 „quidem ducti infallibilitatis fide, ut
 „nobis impingunt hæretici, sed mature
 „hinc inde perpensis scripturæ, Conci-
 „liorum, Doctorum fundamentis, ratio-
 „nes definitionum curamus diligenter
 „inspicere.,

„Jam vero quod ad tot Propositio-
 „nes in illa Constitutione proscriptas
 „attinet, sæpe apud nos ad lydium se-
 „verissimi examinis lapidem revocatæ,
 „semper omnium calculis reputatæ sunt
 „hæreticæ, suspectæ, erroneæ, scan-
 „dalosæ, piarum aurium offensivæ, Chri-
 „stianæ disciplinæ relaxativæ, dignæ-
 „que proinde rigidissimæ damnationis,
 „idque etiamsi nondum essent ab Ec-
 „clesia proscriptæ, necdum prodiiisset in
 „lucem

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII „*lucem Constitutio Unigenitus, eo vel*
 A. C. 1717. „*maxime, quod e medio tollant librum*
 „*hominis arbitrium, quod eliminant*
 „*sufficientem Dei gratiam, quod plus*
 „*nimio elevent charitatem Dei, depri-*
 „*mant vero illius pietatem, & alia hu-*
 „*jusmodi inducant somnia & deliria*
 „*quibus tandem reddant Dei præcepta*
 „*servatu impossibilia.*„

Hujus sententiæ luculentius adhuc
 testimonium idem Patriarcha Nemausensis Episcopo transmisit, scilicet solemne juramentum typis editum, quo Conimbricensis Universitas ad tuendam Constitutionem se obstrinxit, ut nos referemus.

Cum autem Eburiensis Sedes Archiepiscopalis vacaret, Cathedralis Capituli Decanus & undecim Canonici die secunda Octobris ad eundem Episcopum Nemausensem perscripsere, quod indigni hi Franciæ Præsules, utpote qui relegato Pastorum officio oves a recta veritatis via aberrare faciunt, atque ad ipsas in ovium vestimentis, intrinsecus ut lupi rapaces veniunt, inconsiderata malevolentia inconsulto de aliis proferant, quæ in ipsis verificari videntur: *siquidem dum vidimus ipsos in propria sententia contumaciter persistentes, suæ temeritatis specie dicere possumus eos celeberrimam æque ac saluberrimam Constitutio-*

tionem Unigenitus non legisse vel nunquam illius sensus debita attentione inspexisse, omnes namque Propositiones una supra centum in ea proscriptæ, paucissimis exceptis, si advertenter legantur, illarumque sensus debita attentione inspiciatur, & in mentis trutina absque pia, seu potius impia ad illas affectione, quod semper vituperabile erit, recte perpendatur, omnes fere, paucissimis uti jam diximus exceptis, in antiquis & recentioribus profonarum novitatum authoribus a Conciliis generalibus & summis Pontificibus prædammata invenientur.

His dictis prosequerentur: „Testatur, nos, omnesque nostræ Provincie Episcopos absque dubitationis umbra, absque controversiarum strepitu, prædictam Constitutionem acceptasse, & in illa iterum atque iterum prælecta sanam doctrinam & veram Ecclesie traditionem agnovisse, ab universisque hujusce Lusitanie Regni Ecclesiasticis, Magistris & Doctoribus citra dubium haberi, sanctissimum Patrem & Dominum nostrum Papam Clementem undecimum in ea loqui ex cathedra tanquam caput & Magistrum universæ Ecclesie, cui ex promissa Spiritus sancti speciali assentia annexa est infallibilis in docendo auctoritas.“

. Magis

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Sæc. XVIII. Magis adhuc solemne acceptatio-
 A.C. 1717. nis suæ testimonium reddidit Conim-
 bricensis Universitas, & præcipue Pa-
 cultas Theologica. Hæc enim die se-
 ptima Januarii in Academix Aula sua
 habuit comitia, in quibus Nonius Sy-
 vius Tellesius Conimbricensis Univer-
 sitys Rector cunctis Doctoribus expo-
 suit, „a Clemente XI. Constitutionem
 „fuisse editam, in eaque ex libro Re-
 „flexionum unam supra centum Propo-
 „sitiones damnatas, hanc vero Consti-
 „tutionem a Nonio & Cunha Cardi-
 „nale ac Inquisitore fuisse publicatam,
 „ut observari (uti & de facto observa-
 „tur) facilius posset: cum vero sibi con-
 „staret hæreticorum calliditate libellos
 „passim fuisse sparsos, quibus falso al-
 „firmabatur, aliquas Europæ Acade-
 „mias Decretis Pontificiis & nomina-
 „tim Constitutioni *Unigenitus* contra-
 „venire ac refragari, præfatamque Con-
 „stitutionem minime acceptare (quam-
 „vis eorum morsus erga Lusitaniam
 „maximo Dei beneficio inanes semper
 „fuerint) velle tamen se eorum iudi-
 „cium audire, num e re Academia
 „esset, quidquid ipsi, ac universa sa-
 „cræ Theologiæ Facultas sentiret, ac
 „sensum, quem ipsi haberent circa præ-
 „dictam Constitutionem, publice te-
 „stari, ac universo orbi notum facere

„tum ut debitæ erga sanctam Sedem
 „observantiæ testimonium exhiberent,
 „tum etiam, ne sua taciturnitate an-
 „sam præberent hæreticis, falso scri-
 „bendi Academiam etiam Conimbri-
 „ensem prædictæ Constitutioni non
 „assentire. „

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

His expositis Professores judica-
 runt, in tanti momenti negotio uni-
 versam Academiam, & præprimis S.
 Facultatem Theologicam esse audien-
 dam: igitur die nona Januarii conve-
 nientibus cunctis, prælectaque Consti-
 tutione integra, Rector a S. Facultatis
 Theologicæ Doctoribus petiit, ut suam
 mentem circa præfatam Constitutionem
 declararent, & si necesse foret, deli-
 berandi spatium peterent. Hi vero
 unanimi voce responderunt, se jam
 pridem hac de re obfirmatum, diuque
 meditatam habere iudicium, nec ul-
 lam amplius moram esse addendam,
 sed statim ad suffragia procedendum,
 quibus auditis, una omnes censuerunt.

I. Romanum Pontificem etiam ex-
 tra Concilium, supra quod est, de re
 dogmatica sive de rebus ad fidem, &
 mores pertinentibus e Cathedra docen-
 tem universæ Ecclesiæ fideles habere
 assistentiam infallibilem Spiritus sancti,
 proindeque nec decipi, nec decipere
 posse.

II.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

II. Constitutiones pontificias dogmaticas non indigere ad suum robur ac vigorem obtinendum fidelium populorum acceptatione, aut consensu, nec proinde talem acceptationem, aut consensum aliquo modo esse authoritativum.

III. Sentire omnes, ad valorem alicujus Bullæ Pontificiæ & Dogmaticæ multo minus requiri acceptationem, aut consensum alicujus Particularis Ecclesiæ, sed sufficere solum locutionem Pontificis ex Cathedra universam Ecclesiam docentis.

IV. Omnes testati sunt, se non causa acceptandi prædictam Constitutionem convenisse, quasi ipsa tali acceptatione indigeret ad suum valorem, sed tantum ad eam venerandam ac debitam ei obedientiam præstandam. Quæ propter censuerunt omnes sacræ Theologicæ Facultatis Magistri ac Doctores.

V. Oportere, ut omnes, non solum sacræ Theologicæ Facultatis, sed aliarum etiam Doctores & Magistri (quæ melius reverentia & obedientia totius Academiæ erga sanctam Sedem exhiberetur) se jurejurando obstringerent ad prædictam Bullam, quoad vixerint servandam & intelligendam, & quidem eo sensu, quo a Romano Pontifice promulgata est, tuendam ac defendendam usque

usque ad effusionem sanguinis, si ita Sæc. XVIII.
 tulerit occasio, eodem plane modo, A. C. 1717.
 quo fidem Catholicam servandam, ac
 defendendam jurant, cum ad singulos
 cujuscumque Facultatis gradus pro-
 moventur.

VI. Congruum esse, ut per Colle-
 gia sacrorum Ordinum, quæ Acade-
 micis gaudent Privilegiis, rogarentur
 privati sacræ Theologiæ Magistri, num
 idem sentirent, quod ipsa sacræ Theo-
 logiæ Facultas, & universa Acade-
 mia circa prædictam Constitutionem
 censuit.

Hoc Facultatis judicio die quarta
 Februarii ad acta relato Rector omnes
 reliquas Facultates interrogavit, an
 omnia in præfata Constitutione con-
 tenta approbent, & damnata damnent,
 & juxta eam impofterum credere &
 docere ac profiteri, & sese ad id jura-
 mento adstringere velint? id omnibus
 ultro affirmantibus, præprimis Univerfi-
 tatis Rector Martinus Pereyra & postea
 omnes Professores, Doctores cuncto-
 rumque Ordinum Lectores ac Faculta-
 tes numero centum quadraginta sub-
 scripsere, ac sequens præstiterunt ju-
 ramentum.

„Ego N. Constitutioni Apostolicæ
 „S. D. N. Clementis XI. P. M. quæ in-
 „cipit *Unigenitus* &c. me per omnia
Hist. Eccles. Tom. LXIX. Oo „sub-

Sæc. XVIII. „subjicio, omnesque propositiones in
A. C. 1717. „ea damnatas & in sensu, in quo dam-
 „natæ fuerunt, sincero animo rejicio,
 „damno, & anathematizo & ita juro
 „Sic me Deus &c. „

§. XXVIII.

*Universitatis & Facultatis Theolo-
 gicæ Conimbricensis literæ ad
 summum Pontificem hac
 super re.*

His ita solemniter peractis Conimbric-
 censis Universitas summum Pon-
 tificem de perfecta sua submissione cer-
 tiorem reddere statuit, hancque in rem
 ad eundem sequentes dedit literas:
 „Ea est apud Lusitanos erga Sedem
 „Apostolicam reverentia, ut nulli eo-
 „rum unquam in mentem venerit vo-
 „care in controversiam, quæ a Romano
 „Pontifice Universam Rempubli-
 „Christianam docente, declarata sunt
 „Hoc enim Regnum, quod a suis inco-
 „nabulis audire cæpit fide purum &
 „pietate dilectum, probe novit ad fe-
 „cientissimam Divini numinis providen-
 „tiam pertinere, quod Christi Vicari-
 „S. Petri Successores totum orbem ero-
 „dientes circa res fidei & morum, nec
 „fallere, nec falli possint, promittent
 „Do

„Domino Petri fidem nunquam fore
 „defecturam. Hac de causa, cum pri-
 „mum auditum est, in Lusitania de
 „Romano cælo tactum fuisse Apostolico
 „fulmine opus Gallix conscriptum &
 „in plures tomos distributum cui titulus:
 „*Novum Testamentum* &c. percussasque
 „præcipue fuisse unam supra centum
 „Theses, iis voluminibus contentas,
 „tanquam falsas, captiosas, male so-
 „nantes, piarum aurium offensivas,
 „scandalosas, perniciosas, temerarias,
 „Ecclesiæ & ejus praxi injuriosas nec
 „in Ecclesiam solum, sed etiam in po-
 „testates sæculi contumeliosas, sedi-
 „tiosas, impias, blasphemias, suspectas
 „de hæresi, ac hæresim ipsam sapien-
 „tes, necnon hæreticis & hæresibus,
 „ac etiam schismati faventes, erroneas,
 „hæresi proximas, pluries damnatas
 „ac demum etiam hæreticas, nihil om-
 „nes Lusitani Theologi habuere anti-
 „quius, quam ut mortales gratias age-
 „rent Deo scientiarum Domino, pro
 „mente divinitus injecta Sanctitati ve-
 „stræ, ut proscriberet volumina &
 „Propositiones, quæ non sine magno
 „privatæ & publicæ salutis detrimento
 „sustineri poterant. In Lusitanorum
 „enim animis altius infixum est, eos
 „plane desipere, qui contra Ecclesiam
 „sibi videntur sapere, editoque oraculo

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII. „universalis Ecclesiæ Magistri, uno ore
A. C. 1717. „affirmant omnes Lusitani, nihil repo-

„nendum esse præter priscum illud,
 „*ipse dixit*, cumque se subjectissimos
 „profiteantur Sedi Apostolicæ, honori
 „omnes ducunt solam sibi obsequii
 „gloriam relictam esse. „

„Cujus observantiæ erga Romanos
 „Pontifices non obscura ediderunt do-
 „cumenta Lusitani Doctores, quoties
 „cumque contigit, ut aliquot Theles
 „sententia Pontificia condemnarentur.
 „Non solam infectantur Lusitani hære-
 „sum Monstra, feras singulares, quæ
 „depascuntur vineam de Ægypto trans-
 „latam per mare baptismatis, sed et
 „tiam gaudent capi lupos, qui veniunt
 „in vestimentis ovium, & vulpes par-
 „vulas, ne demoliantur vineas spon-
 „quæ est Ecclesia Romana: unde au-
 „dita & lecta sunt in Lusitania non so-
 „lum summa cum obedientia, sed et
 „tiam cum incredibili plausu decreta &
 „Constitutiones sanctissimorum Pontifi-
 „cum adversus errores & hæreses Mi-
 „chalis Baij, Cornelii Jansenii, Michæ-
 „lis de Molinos, & contra placita Theo-
 „logorum, qui extrema sequuti, ve-
 „nimis laxarunt opinionis habenas,
 „vel jugo Christi tentarunt auferre sue-
 „vitatem. Nam simul ac primum so-
 „nuit in auribus Lusitanorum vox sum-

„mi Pastoris, dirigentis in pascua Pa-
 „radisi omnes oves Christi, nemo un-
 „quam repertus est, qui auderet con-
 „tradidere sermonibus sancti, sed om-
 „nes magis satagunt videri filii Sapien-
 „tiæ, & Ecclesiæ justorum, quorum
 „notio est obedientia & dilectio & (ut-
 „pote qui sunt veri filii) audiunt judi-
 „cium Patris, scientes, quod nisi ita
 „fecerint, salvi esse non possint. Unde
 „Lusitani videntur obsequium erga Con-
 „stitutiones Apostolicas cum lacte nun-
 „tricum, matrumque suxisse, inter
 „illarum reverentiam & observantiam
 „adolescunt, vivunt, consenescent, &
 „ipsarum denique venerationi immo-
 „riuntur. Omnes quippe sciunt, te-
 „nent & fatentur, solius Sedis Apo-
 „stolicæ esse extra erroris periculum
 „docere omnes gentes. Ovium esse se-
 „qui pastorem, quia sciunt vocem ejus,
 „omnes compertum habent ad filios
 „spectare & audire disciplinam Patris
 „sui, & non dimittere legem Matris
 „suxæ, quæ est Romana Ecclesia, cu-
 „jus legem utique dimitterent, si nolint
 „audire disciplinam Patris, qui est Ro-
 „manus Pontifex, novi testamenti Elia-
 „cim, in cujus manu Deus dedit pote-
 „statem, & qui est Pater habitantibus
 „Jerusalem militantem, & cui data est
 „Clavis David, Clavis scientiæ, &

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII. „aperiet, & non erit, qui claudat &
 A. C. 1717. „claudet, & non erit, qui aperiat

„Quod enim Romanus Pontifex appro-
 „bat, nemo improbare potest, quod im-
 „probat, nemo approbare valet, quæ-
 „propter summi Pontificis leges nul-
 „lius indigent suffragio, nullius egent
 „approbatione, ne suas in uniuersum
 „populum Christianum vires exerant:
 „Tantum abest, ut ab ullo mortalium
 „eas accipi necesse sit, hæc siquidem
 „est Romani Pontificis in uniuersam
 „Rempublicam Christianam auctoritas,
 „quam Lusitani omnes habent longe
 „perspectissimam, & studiosissime co-
 „lunt, non tantum in Europa, sed in
 „Asia, Africa, & America, quippe qui
 „deferunt ad exteras eas gentes, non
 „solum Christi nomen, sed etiam illius
 „Vicarii Pontificiam Majestatem, po-
 „testatemque summam ad decernen-
 „dum de rebus fidei & morum. Hinc
 „est, Pater Beatissime, quod Coni-
 „bricensis Academia, quæ præcipua est
 „totius Lusitaniæ, non opus habuerit
 „admonere alumnos suos obsequii erga
 „Constitutionem *Unigenitus Dei Filius*,
 „qua Sanctitas Vestra anno incarnatio-
 „nis Domini millesimo septingentesimo
 „decimo tertio, sexto Idus Septembris
 „condemnavit prædictas unam supra
 „centum Propositiones, cum libris,
 „unde excerptæ fuerant, nec videre-
 „tur

„tur existimasse currentibus calcaria Sæc. XVIII.
 „adhibenda esse. Cum tamen Conim- A. C. 1717.
 „bricensis Academia, premendo vete-
 „rum Patrum vestigia, non tantum so-
 „leat semper stare pro vera, sinceraque
 „doctrina, sed & sibi honorificentissi-
 „mum ducat juratam haberi & esse er-
 „rorum hostem, mererique sub vexil-
 „lis supremi Ducis Militantis Ecclesiæ,
 „censuit modo e re sua esse, edere quod-
 „piam non vulgare testimonium animi
 „sui Sedi Apostolicæ devotissimi. Ne-
 „que contenta ea observantiæ signifi-
 „catione, quæ communis est toti Lusi-
 „taniæ, statuit, Rectore suo præeunte,
 „se, suosque Magistros & Alumnos
 „publico ac solempni sacramento obli-
 „gare ad detestandum omnes & singu-
 „las unam supra centum Theses, quas
 „in prædicta Constitutione Sanctitas
 „Vestra justissime damnavit, in eo sensu.
 „in quo ibidem damnatæ sunt, quem om-
 „nibus doctis obvium esse non ignorat,
 „quisquis singulas eas Theses examinavit
 „Theologica statera, illasque perpendit
 „pondere sanctuarii, ut sedulo (pro-
 „more scilicet suo) factum est a Co-
 „nimbricensi Academia, quæ proinde
 „libentissime juravit in Constitutionem
 „*Unigenitus Dei Filius*, utpote in verba
 „Sanctitatis Vestræ, hoc est, in verba
 „sanctissimi & sapientissimi totius sanctæ

Sæc. XVIII. „Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ec-
 A. C. 1717. „clesiæ Magistri, illiusque in terris vi-
 „sibilis capitis, quinto Idus Januarii
 „volventis anni in maxima gravissima-
 „que Magistrorum, Doctorum, & Alum-
 „norum frequentia, illiusque publice
 „professionis instrumentum iussit, non
 „solum in acta Academiæ referri, sed
 „etiam in lucem edi, ut hac perenni
 „observantiæ monumento omnibus te-
 „statum faceret, se nulli e sapientissimis
 „& florentissimis totius orbis Acade-
 „miis cessuram unquam esse exhiben-
 „dis clarissimis argumentis subjecti mi-
 „ni, & venerationis erga sanctitatem
 „vestram, prædictamque laudatissimam
 „que Constitutionem, in qua agnoscit
 „Conimbricensis Academia, Dominum
 „locutum esse per os summi pastoris
 „universo gregi, in quo eum Spiritus
 „sanctus posuit universalem Episcopum
 „regere Ecclesiam Dei, quam acquisi-
 „vit sanguine suo. Unde & singuli
 „Academiæ Conimbricensis Magistri &
 „Doctores atque Alumni sanguinem ar-
 „dentissimo studio profundent, si opus
 „fuerit pro ea Constitutione defenden-
 „da, inque impugnandis una & cen-
 „tum Thesibus, in ea damnatis toti ex-
 „runt, quotiescumque sese dederit oc-
 „casio. Interea tota Academia Co-
 „nimbricensis ad Beatissimos Sanctitatis
 „Ver

„Vestrae Pedes provoluta enixe rogat, Sæc. XVIII.
 „atque etiam orat, ut dignetur benigne A. C. 1717.
 „suscipere hoc minimum debiti obse-
 „quii specimen, suamque paternam be-
 „nedictionem impertiri Academico cor-
 „pori, cujus singula membra vertuntur
 „in linguas, ut prædicent sanctissimam
 „illam Constitutionem & petant a Deo
 „Optimo Maximo, ut diu Sanctitatem
 „vestram servet incolumem ad evellen-
 „dos, & destruendos errores, ad ædi-
 „ficandos fideles, & ad plantandam
 „sanam doctrinam & morum sanctimo-
 „niam, & ad Christiani nominis decus
 „& ornamentum ingens, perennemque
 „felicitatem. Ita nos omnes, Beatif-
 „sime Pater, post sanctissimorum pe-
 „dum oscula vehementius optare, sum-
 „ma contentione animi proſitemur.,

Huic epistolæ præter Academiæ Re-
 ctorem subscripti leguntur triginta quin-
 que Professores. Nec minori sinceri-
 tate Conimbricensis Facultatis Theo-
 logicæ Rector Tellesius in suis ad Pa-
 pam literis die nona Februarii cetero-
 rum nomine suum obsequium & sub-
 missionem testabatur: *Universa*, inque-
 bat ille, *Christianorum gens bene ac non*
dubitanter agnoscit, quam apte Dei Opt.
Max. Divina Providentia tuam sanctita-
tem singulari optimarum artium Doctrina
maximisque virtutibus ornatam Reipublicæ

Sæc. XVIII. Christianæ procellis temporum turbulentis
 A. C. 1717. sinorum jactatæ gubernaculo, tanquam
 scientissimum Magistrum adhibuerit, scimus
 ac miramur etiam, quanta cura ac labore
 facis, sanctissime Pater ut te Regente sancti
 Petri Navem, nemo non modo naufragio
 formidet sed ne ullam quidem a recto cursu
 declinationem timeat, attamen cum quanto
 que non possit non offendere in nonnullis
 scopulos, quos devitare sanctitas tua cum
 incredibile vigilantia, suprema sapientia,
 ac mirabili invicti animi constantia, in
 Academia Conimbricensis totius Lusitanie
 nunc, semperque florentissima sanctitati tue,
 quo modo licet, tanquam ejus sanctissimi
 Pedes verecunde osculatura sese offert tantæ
 animi Alacritate, ac lætitia per fusa, cum
 qui maxime quod se agnoscit filiam obse-
 vantissimam, ac pientissimam semperque fi-
 delissimam, Et quæ unacum Lusitania tota
 ejusque latissimis ditioribus semper vero
 sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pastores, semper
 summorum Pontificum præcepta ac præ-
 cepta, semper sacrorum atque æcumenicorum
 conciliorum Canones summa cum reverentia
 atque unanimi omnium partium consensu
 luit, servavit, iisque obtemperavit. Quod
 propter in præsentia spectatissimæ, Et
 violatæ fidei, probatæ, optimæque Religio-
 nis eandem constantiam servans Constitutio-
 nis Unigenitus observantiam eodem modo
 quo sanctitas tua vult, docet Et imperat

defendere privatim ac publice jurejurando se Sæc. XVIII.
 adstringit, idemque, quotiescumque usu ve- A. C. 1717.
 nerit & operæ pretium erit, facturam pro-
 fitetur, quod sanctitati tuæ testari voluit,
 ut animus certe, voluntasque per has literas
 innotesceret.

Utramque hanc epistolam adduximus
 pene integram, ut quam futili argu-
 mento Noaillius tam luculentum ac-
 ceptationis monumentum enervare co-
 netur, appareat: Hic enim in proluxa
 admodum sua instructione Pastoralis
 die decima quarta Januarii anno hu-
 jus sæculi decimo nono Parisiis edita
 pag. 237. Academiæ Conimbricensi ex-
 probat, quod unice suam acceptatio-
 nem fundet in doctrina de infallibili-
 tate Pontificis, proin ejus testimonium
 sit inutile ad probandam conformita-
 tem Constitutionis cum doctrina hujus
 Academiæ: acrius adhuc carpit Noail-
 lius hujus Universitatis Doctores, eo
 quod propugnent ad valorem Bullæ
 dogmaticæ non esse necessariam accepta-
 tionem alicujus particularis Ecclesiæ,
 sed sufficere locutionem Pontificis ex
 Cathedra universam Ecclesiam docen-
 tis &c. Tum exclamat Noaillius: *Er-
 gone in acceptationis argumentum produci
 possunt testimonia, in quibus acceptationis
 necessitas tam diserte impugnatur? & ubi
 Doctores eo progressi sunt, ut Constitutio-*
nem

Sæc. XVIII. nem appellent novam revelationem delapsam
 A. C. 1717. de cælo ad reformandam doctrinam, cum
 tamen ejusmodi doctrina sit falsa & erronea,
 quia Ecclesia pro fundamento suarum deci-
 sionum non admittit novas revelationes, sed
 S. Scripturam & Traditiones. Nempe
 Noaillius innititur fundamento tum
 his Gallis proprio scilicet necessitati Bullarum
 dogmaticas examinandi, & ceteræ om-
 nes totius Orbis Ecclesiæ pro funda-
 mento habent infallibilitatem Ecclesiæ
 suo Capiti unitæ: cujus autem causa
 melior, & fundamentum certius?

§. XXIX.

*Summi Pontificis responsum ad Aca-
 demicæ Conimbricensis literas.*

*Epist.
 Clem. XI.
 pag. 2231.*

Acceptis Academicæ literis summus
 Pontifex die decima Maij ad ean-
 dem hæc perscripsit: „Æqua & plane
 „egregia opinio, quam gerimus de
 „singulari pietate vestra, atque devo-
 „in Nos, & Apostolicam Sedem studio,
 „tum etiam de eximia sacrarum, hi-
 „manarumque legum peritia, quæ mi-
 „gnum adeo nomen insigni isti Acade-
 „miæ, ubique gentium peperit, facile
 „Nobis persuaserat, vos nedum oble-
 „quenti animo amplexuros esse ea, quæ
 „Constitutione nostra Apostolica, cujus
 „initium est: *Unigenitus Dei Filius*, poi-
 „mit

„maturum rei examen, diuque implo-
 „ratum cælestis gratiæ lumen, decer-
 „nenda censuimus: verum etiam præ-
 „clarum aliquod Zeli vestri specimen
 „edituros, per quod cæteri omnes fidei
 „veritatem accipere ab hac cathedra,
 „in qua Beatus Petrus vivit adhuc &
 „præsidet, seque nostræ, ac Ecclesiæ
 „authoritati humiliter subjicere exem-
 „plo vestro condiscerent. Id porro a
 „vobis præstitum fuisse cumulate, sa-
 „tis superque deprehendimus tum ex
 „litteris vestris filialis devotionis, ac
 „obedientiæ plenis, tum etiam ex pu-
 „blicis actis ejusmodi Academiæ, qui-
 „bus nihil profecto nobis gratius, nihil-
 „que vestro nomine dignius afferri ad
 „Nos poterat: Nullum propterea laudis
 „genus est, quod spectatæ virtuti vestræ,
 „ac illustri proposito constanter insi-
 „stendi Majorum vestigiis, in quibus
 „summa perpetuaque in sanctam hanc
 „Sedem veneratio semper eluxit, me-
 „rito deberi non arbitremur, pergite
 „itaque dilecti filii, in eo, quod susce-
 „pistis, consilio, ac eliminatis procul
 „ex Academiæ vestræ finibus peregri-
 „nis hisce pervanisque novitatibus,
 „inviolabilis Petræ, supra quam Chri-
 „stus ædificavit Ecclesiam, dogmati-
 „bus ac institutis firmiter inhærete,
 „a Nobis autem omnia, tum præcipue
 „no-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII., nostræ existimationis, tum etiam pe- „
 A. C. 1717. „ternæ, qua vos in Domino comple „
 „timur, charitatis argumenta ubi co „
 „casio se dederit, expectate: dum Nos „
 „felicitationis auspiciis Apostolicam bene „
 „dictionem vobis peramanter imper- „
 „timur. „

Ad Nonium vero Silvium Pelle- „
 sium ejusdem Academiæ Rectorem spe- „
 cialiter has dedit literas: „Non ex in- „
 „becillitate intellectus nostri, sed ex „
 „altitudine Sapientiæ & scientiæ Dei „
 „illuminantis mirabiliter a Montibus „
 „æternis, cujus opem Nos anxie ac- „
 „curatisque precibus diu implorare non „
 „prætermisimus, prodiit Apostolica „
 „Constitutio nuper a Nobis edita, qua „
 „prava dogmata in libro authoris satis „
 „noti contenta damnantur, & Catho- „
 „licæ Ecclesiæ sensus universis Christi „
 „fidelibus, ne hujusmodi erroribus im- „
 „bui, ac a via veritatis abduci possint, „
 „aperte declaratur. Quanto autem „
 „cum plausu & gaudio eadem Consi- „
 „tutio hic excepta fuerit, quantave „
 „animatorum alacritate & consensu in „
 „signis ista Conimbricensis Academia „
 „debitam illi obedientiam, interposita „
 „etiam jurisjurandi religione, spopon- „
 „derit, ex tuis literis V. Idus Februarii „
 „nuper elapsi ad Nos datis perlibenter „
 „audivimus. Nec sane aliter opinari „
 „fis

„fas erat de Academia, in qua ortho-
 „doxa fides præsidium & decus maxi-
 „mum, sancta vero hæc Sedes præci-
 „puum ac inviolabile obsequium sem-
 „per invenit. Auget insuper apud Nos
 „præclari facti gratiam & meritum,
 „quod Te potissimum ejusdem Acade-
 „miæ Rectore, ac hortatore contigerit,
 „cujus pietatem cum sanguinis clari-
 „tudine, eruditionem cum filiali in-
 „sanctam Romanam Ecclesiam reve-
 „rentia, certare probe novimus, hinc
 „profecto satis intelliges, quam egre-
 „gie de Te sentiamus, luculentius ta-
 „men idipsum agnosces, ubi facultas
 „Nobis suppetet gratificandi Tibi.,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

§. XXX.

*Eadem Constitutio a Polonis Præsu-
 libus & Universitate Cracoviensi
 acceptata.*

Paulopost Gnesnensis Archiepiscopus, Epist.
 ceterique Archipræsules, & Epi- Clem. XI.
 scopi Regni Poloniæ & Magni Ducatus pag. 2255.
 Lithuanianæ unanimi suffragio Constitu-
 tionem *Unigenitus* acceptarunt, suæ-
 que submissionis testes literas ad Pon-
 tificem dederunt, ad quas idem die
 quarta Septembris hanc perscripsit e-
 pistolam: „Quam animo infixam geri-
 „mus, præclara opinio de veteri, præ-
 „cipuo,

Sæc. XVIII. „cipuo, atque constanti Fraternalitatem
 A. C. 1717. „vestrarum totiusque inclytæ vestre
 „Nationis in Apostolicam Sedem obli-
 „quo, inconcussa ac prorsus filiali
 „definitionibus; quæ ex suprema hac
 „Beati Petri Cathedra proficiscuntur.
 „obedientia, satis Nobis superque peo-
 „suaserat, fide penitus carere ea, qua
 „post editam a Nobis Constitutionem.
 „cujus initium est, *Unigenitus Dei Fi-*
 „lius: a fraudulentis hominibus per-
 „summam iniquitatem ac impuden-
 „tiam de vobis vulgata fuerunt. Ma-
 „gno nihilominus cum paterni cordis
 „nostri solatio literas vestras perlegi-
 „mus, quæ luculentam ejusmodi tes-
 „tificationem vestrorum Nobis
 „attulerunt, & non modo neminem
 „isthic esse, qui memoratæ Consti-
 „tutioni nostræ refragari audeat, sed in-
 „super ab omnibus sinceram & plane
 „debitam illi obedientiam præstari e-
 „gregie confirmarunt: hinc quippe non
 „levem in spem erigimur, fore ut pauci
 „illi Galliarum Præsules, qui soli ad-
 „huc infeliciter cunctantur, tam in-
 „lustri exemplo ad officium incitari, ac
 „ad exhibendum, quod debent, Apo-
 „stolicæ auctoritati obsequium tandem
 „adduci possint, dum itaque Nos exi-
 „miam virtutem vestram uberi ac sane
 „merita laude prosequimur, minime
 „dubi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

„dubitamus, quin impensus in dies
 „curaturi sitis perspectum Nobis fieri
 „id quod in præfatis literis profitemini:
 „istud scilicet florentissimum Regnum
 „in debita huic primæ Sedi reverentia,
 „promptaque Apostolicis Decretis sub-
 „jectione nulli alteri Christiani Orbis
 „Provinciæ loco cedere, operamque
 „vestram in eo potissimum diligenter
 „ac strenue posituri sitis, ut Novatorum
 „Machinationes, ubi malæ doctrinæ ger-
 „mina isthuc etiam invehere conaren-
 „tur, irritæ fiant, omnique prorsus ef-
 „fectu careant. Quod de singulari pie-
 „tate, spectatoque Zelo vestro Nobis
 „abunde pollicentes, Pontificiæ inte-
 „rim caritatis testem Apostolicam be-
 „nedictionem Fraternitatibus vestris
 „peramanter impertimur.”

Insuper Cracoviensis Universitas &
 Vilnensis Academia non modo præfa-
 tam Constitutionem receperunt, sed e-
 tiam egregie confutarunt calumniam,
 quam Quesnelistæ pro more suo eis
 incefferant, perinde acsi Bullam reje-
 cissent; hac igitur de re die vigesima
 septima Februarii summo Pontifici li-
 teras dederunt, ad quas Clemens die
 quarta Septembris hæc respondit: „Etsi
 „devotum vestrum, ac satis perspectum
 „in hanc sanctam Sedem studium om-
 „nem ab animo nostro suspicionem

Hist. Eccles. Tom. LXIX. Pp aver-

Sæc. XVIII. „
A. C. 1717 „

„averterit, quod rumor a Novatoribus
 „adversus celebrem istam universitatem
 „temere disseminatus quoad Constitutionem
 „nostram quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*: veritate niti posset,
 „perlibenter tamen accepimus ac legimus
 „Epistolam vestram die 27. Mensis
 „Februarii proxime præteriti ad Nos
 „scriptam, in qua non modo impudentissimam
 „hanc vobis inustam calumniam perspicue diluitis,
 „verum etiam luculenter testatum facitis egregium
 „vestrum sanæ Doctrinæ tuendæ propositum,
 „atque inconcussam & plane filialem
 „Apostolicis definitionibus obedientiam
 „profitemini. Debitis idcirco laudibus
 „pietatem vestram in Domino prosequentes,
 „vos, dilecti Filii patenter adhortamur,
 „ut avita decora, quibus merito gloriamini,
 „nominisque vestri dignitatem constanter tueri pergamis,
 „ac ab Universitate vestra quam diligentissime,
 „ut facitis, arcere curetis pravæ doctrinæ
 „semina, quibus iniquitatis filii miseris
 „hiscæ temporibus simplicium mentes ubique
 „inficere omni ope contendunt. Quod dum Vos
 „singulari virtute, Zeloque vestro &c.

Pari etiam benevolentia Pontifex Vilnensem
 „Academiam complexatus eandem his literis
 „honorabat: „Nunc quam profecto dubitavimus vos
 „Majorem

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

rum vestrorum vestigiis constanter in-
 „sistere, qui debitum supremæ huic
 „Beati Petri cathedræ obsequium &
 „fidem, ejusque decretis inviolabi-
 „lem submissionem omni tempore præ-
 „stiterunt, quocirca nullam penitus ra-
 „tionem habuimus eorum, quæ occa-
 „sione Constitutionis nostræ, *Unigeni-*
 „tus Dei Filius: ab iis, quorum os felle,
 „& amaritudine plenum est, adversus
 „celebrem Academiam vestram impu-
 „denter disseminata fuere. Verumta-
 „men grato prorsus animo, ac perli-
 „benter excepimus epistolam vestram
 „die 10. nuper elapsi Mensis Aprilis ad
 „Nos datam, qua & iniquam crimina-
 „tionem diluitis, & inconcussam me-
 „moratæ Constitutioni obedientiam pol-
 „licemini: egregiam itaque voluntatem
 „vestram, cujus illustre adeo argu-
 „mentum protulistis, plurimum in Do-
 „mino collaudamus, ac ut a piis ejus-
 „modi, & virtute vestra maxime dignis
 „sensibus nunquam vos abduci patia-
 „mini, diligenter a vobis petimus, hoc
 „autem peculiari nomine pro explorato
 „habere debetis Apostolicæ Sedis pa-
 „trocinium, & paternæ charitatis no-
 „stræ testimonia parata semper vobis fo-
 „re, dilecti Filii, quibus interim bonorum
 „omnium auspiciem Apostolicam Bene-
 „dictionem peramanter impertimur.”

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

Pariter Pontifex datis literis die tertia Septembris Tornacensem Episcopum excitabat, ut gregem sibi commissum a noxiis pravæ doctrinæ pascuis, quæ refractarii quidam ex ista etiam Diœcesi per fraudem & astum propinquant, sedulo arceat, ac in debita Apostolicis decretis obedientia continere omni ope & opera curet, & contumaces, eosque, qui reprobata doctrinæ adoptare non erubuerunt, reducere ac canonicis remediis cohibere satagat. Cum autem Lotharius Trevirensis Archiepiscopus atque Elector singulari studio semina pravæ doctrinæ, & perniciosas novitates ab improbis spargi cæptas contra debitam Apostolicis decretis obedientiam a sua Diœcesi repellere contenderet, hinc Pontifex eadem die illum non modo promeritis ornat laudibus, sed insuper eundem ad primum propositum constanter tuendum hortabatur.

§. XXXI.

Galliæ Episcopi per Ejusdem summæ Pontificis epistolam de damnatione libellorum famosorum certiores facti.

*Epist.
Clem. XI.
pag. 2245.*

Jam supra meminimus, plures libellos in Francia typis vulgatos, in quibus nota Constitutio execrandum in

modum proscindebatur, a S. Inquisitione Romana fuisse damnatos: cum autem Pontifex eosdem quoque sua auctoritate damnarit & prohibuerit, de hac censura Claudium Maurum Daubigne Rothomagensem Archiepiscopum, Michaellem Poncetum Andegavensem, Franciscum de Beauvilliers Bellovacensem, Joannem Le Normant Ebroicensem, Franciscum de Tonnere Lingonensem, Eduardum de Bargde Niverensem, Dominicum Turgot Sagienensem, Sylvanectensem, Franciscum de Camilly Tolonensem, Franciscum de Chavigny Trecensem, & Nannetensem Episcopos certiores reddidit, eosque die decima septima Junii ad plectendos horum libellorum Authores, fautoresque incitavit, his literis: „Ubi „primum non sine ingenti animi nostri „molestia, vel potius horrore percepimus, ex variis istius Regni locis anno „præterito in lucem prodiisse quamplures Libellos, Epistolas, aliaque Folia „Gallico idiomate conscripta, mole „quidem exigua, sed abundantia „malitiæ deterrima, in quibus Apostolica „nostra Constitutio, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, magno cum Christianorum „fidelium scandalo acerbissime carpebatur, ac in eorum plerisque explicabantur actus omnino nefarii &

Pp 3

„exe-

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

Vid. p. 494.

Sæc. XVIII. „execrables, quibus Parochi alique
A. C. 1717. „Ecclesiastici viri palam ino aliqui e-
 „tiam pro concione inter Missarum so-
 „lemnia, asserebantur publicationem
 „alias a se factam ejusdem nostræ Con-
 „stitutionis, illique præstitam obedi-
 „tiam retractasse & revocasse, de tali
 „publicatione ac obedientia pœnituisse,
 „& non solum ab universo populo sed
 „(quod sane horrendum & incredibile
 „est) ab ipso omnipotenti Deo veritam
 „flagitasse, eaque omnia egisse, impe-
 „lente conscientia, ac proinde sese in re-
 „jicienda eadem Constitutione, tuen-
 „disque in ea damnatis Propositioni-
 „bus, usque ad effusionem sanguinis
 „constanter, seu verius pertinaciter per-
 „sistere decrevisse, ingemuimus plane
 „vehementer, videntes homines, qui
 „se Catholicos profitentur, qui Ecclesie
 „ministeriis addicti sunt, quique hu-
 „jusmodi etiam sanctæ Sedis filios oble-
 „quentes se nuncupare non dubitant,
 „eo temeritatis ac impudentiæ deve-
 „nisse, ut non modo ejusdem Sedis
 „Constitutioni palam refragari sed in-
 „super illam iniquissimis notis asper-
 „gere & criminari non erubuerint,
 „adeo ut de ipsis illud merito dici pos-
 „sit, *acuerunt linguas suas, sicut serpen-
 „tis, venenum aspidum sub labiis eorum.*
 „Quapropter ne commisso Nobis cœlitus
 „m.

„muneri deesse videremur, statim ejus- Sæc. XVIII.
 „modi Libellos, Epistolas & Folia exa- A. C. 1717.
 „mini subjecimus, ut moris est, plu-
 „rium in sacra Theologia Magistrorum
 „ad id specialiter deputatorum, audita-
 „que desuper eorum Censura, atque
 „comperto in iisdem scriptis dogmata
 „contineri respective falsa, erronea,
 „scandalosa, impia, schismatica, hæ-
 „retica, & hæretico spiritu plena: il-
 „lico (quod Pastoralis officii ratio a
 „Nobis postulabat) Libellos, Epistolas
 „& Folia prædicta, necnon omnes, &
 „quoscumque Libros, Libellos, Epi-
 „stolas & Folia, tam impressa, quam
 „manuscripta, quocumque idiomate &
 „versione evulgata, seu in posterum,
 „quod absit, edenda & evulganda, in
 „quibus memorata Constitutio quoquo
 „modo impetatur, eique debita ab uni-
 „versis Christi fidelibus obedientia elu-
 „datnr, coarctetur, aut denegetur, Apo-
 „stolica auctoritate damnavimus & pro-
 „hibuimus. Quoniam vero irritum
 „prorsus foret, ac inutile nefaria ejus-
 „dem scripta Apostolicæ damnationis
 „sententia confixisse, ubi authorum ini-
 „quitas, & audacia impunita dimitte-
 „retur, nullumque injiceretur frænum
 „illis præsertim, quibus animarum cura
 „commissa est, ne pravaram opinio-
 „num, quibus ipsi imbuti sunt, labem

Sæc. XVIII. „disseminare, & fidelium mentes infi-
 A. C. 1717. „cere possint: quomodo enim sanam,
 „incorruptamque doctrinam tradent,
 „qui reprobam & corruptissimam te-
 „nent, nonne pro medicina venenum,
 „pro pane aspidem porrigent, & ex
 „cælestibus Medicis, infernales vene-
 „fici, ex spiritualibus Dominici gregis
 „Pastoribus, execrabiles animarum
 „proditores efficientur. Idcirco Fra-
 „ternitatem Tuam vehementer in Do-
 „mino hortamur, & admonemus, ut
 „Zelum, quo maxime fervere Te no-
 „vimus, pro sana doctrina, Ecclesie-
 „que pace tuenda, excites, exeras,
 „atque intendas investigandis omni stu-
 „dio ac diligentia ejusmodi scriptorum
 „authoribus, eorumque præcipuis Pau-
 „toribus, & Evulgatoribus ac postmo-
 „dum gravibus pœnis, præsertim vero
 „suspensionis a Divinis & Officiorum,
 „Beneficiorumque proventibus in eos,
 „qui tuæ jurisdictioni subjecti fuerint,
 „animadvertas, nullumque prætermi-
 „tas remedii genus, quo detestabilem
 „illorum impietatem atque licentiam
 „cohiberi posse pro tua spectata pru-
 „dentia existimaveris: *Lupi sunt, Apri*
sunt de silva, ad laniandas Dominicas oves,
ad exterminandam vineam Domini parati
ac intenti. Deo & Ecclesie rebelles
 „sunt: nequit enim membrum illud esse
 „de

„de corpore, quod noluerit esse sub capi-
 „te, divinæque ordinationi resistit, qui Sæc. XVIII.
 „legitimo Ecclesiæ capiti non obtempe- A. C. 1717.
 „rat, Cura itaque, ut fileant turbulenti,
 „coerceantur protervi, pareant contu-
 „maces, discant Ecclesiæ auctorita-
 „tem revereri, qui ejus mandata con-
 „temnunt, & quos Ecclesiastica man-
 „suetudo non flectit, Canonica distri-
 „ctio Te vindice, compescat & conte-
 „rat, ut & ipsi redeant ad obsequium,
 „& ceteri in posterum a similibus abster-
 „reantur. Quod dum Te pro perspecta
 „tua virtute, tuique etiam officii de-
 „bito egregie præstiturum esse non am-
 „bigimus, Nos accuratis precibus Deum,
 „cujus causa est, exorare non desine-
 „mus, ut consilia, actusque tuos cæ-
 „lesti suo præsidio roborare dignetur,
 „& Pontificiæ nostræ charitatis pignus,
 „Apostolicam Benedictionem Fraterni-
 „tati tuæ peramanter impertimur. „

§. XXXII.

*Alba Græca seu Belgradum a Cæsa-
 reis obsessum.*

Jam per Europam fama victorias ab *Vie d'Eu-*
 Eugenio Principe de Turcis repor- *gen. l. 14.*
 tatas vulgaverat, quocirca omnium *pag. 115.*
 animi in prosperum novæ expeditionis *Kettel.*
 eventum spe firma certa que expecta- *Dec. VI.*
 P p 5 tione *pag. 539.*

Sæc. XVII
A. C. 1717

tione erant erecti. Tanta jam tum e-
rat humanis mentibus de ipsius consi-
lio ac fortitudine existimatio, ut sub
tanti Herois Magisterio suum militiæ
Tyrocinium ponere certarent quam-
plurimi Europæ Principes. Præ cete-
ris Carolum Albertum & Ferdinandum
Bavariæ Duces, Maximilianum Habs-
burgæ, aliosque Germaniæ & Franciæ Prin-
cipes militaris gloriæ cupiditas ac Chris-
tianam Rempublicam propugnandi ar-
dor Viennam & inde in Eugenii castra
pertraxerat: Adornatur ingens belli
apparatus, contrahitur prope Futacum
die duodecima Maji validus Cælestis
exercitus, cui ductore Massæjo accel-
serunt sex Bavarorum, & totidem Habs-
burgorum & Onolsbacensium millia: de-
cernitur Belgradi obsidio, quo diffici-
lior, eo gloriosior: Turcæ enim qui-
bus hoc consilium suboluerat, urbem
quadraginta millium præsidio, validis-
simis propugnaculis, novis aggeribus
& sepimentis inaccessam, ac vix non in-
expugnabilem reddidere, novusque Ve-
zirius Hastchi Ali, Bellidux virtute,
experientia & ingenii acie inter suos
longe celeberrimus, non modo ad
tuendam hanc urbem, sed reparandam
vel maxime Turcici nominis existi-
mationem nervos omnes contendere
decrevit, Savique fluminis ripam,
ut

ut trajectu Cæsareos prohiberet, va- Sæc. XVIII.
 lido milite, & tormentorum longa fe- A. C. 1717.
 rie muniri iussit. Verum Eugenii sa-
 gacitas cuncta hæc obstacula elusit, ne-
 glectoque Savi transitu, quantumvis co-
 piis magis opportuno, Danubium tran-
 sire statuit: ut vero hosti imponeret,
 exercitus sui robur adhucdum Futaci
 in castris subsistere iussit, interim cen-
 tum & quadraginta pontes, & plus-
 quam octingentas transmittendis copiis
 idoneas naves præter quinque bellica
 majoris molis navigia collegit: Neque
 incustoditos reliquit Transylvaniæ tran-
 situs, & Temesvariæ Comitatum, ut
 hostium excursions præpediret. His
 ita dispositis die nona Julii castra mo-
 vit, tam prospero festinatoque itinere,
 ut jamjam die decima quarta ejusdem
 Mensis totus exercitus, omnesque na-
 ves Pansovæ convenirent. Tum vero
 Turcæ tam repentino confluxu pene
 exanimati, Belgradum peti, minime
 dubitabant; quamprimum enim Mer-
 cius Bellidux ex quadam Insula, retro
 quam Cæsarei, Turcis nequidem ad-
 vertentibus, navigiis imponebantur,
 in apricum proruperat, mox dato signo
 totus exercitus, & ingens navium co-
 pia in hostium conspectu erat: Hoc
 inexpectatum tantæ potentæ spectacu-
 lum, militumque ovantium festivæ
 con-

Sæc. XVIII. conclamationes, mixtisque tympanis
A. C. 1717. cornuum, turbarumque concentus Tur-
 cas magno numero erumpentes tanto
 terrore affecerunt, ut incompositi Bel-
 gradum profugerent, totamque flumi-
 nis ripam evacuarent: unde residua
 Cæsareorum agmina innoxie transmitti
 poterant, & intra paucas horas præter
 omnem hostium expectationem Belgra-
 dum una ex parte cinctum tenebant.
 Omnium admirationem in se rapuere
 Carolus Albertus, ejusque Frater Fer-
 dinandus Bavarizæ Duces, qui Maxi-
 miliani Emanuelis Parentis sui Anno
 1688. Belgradum Turcis eripientis fer-
 titudinem æmulautes, insolitam pu-
 gnandi aviditatem monstrabant, nilque
 ab eis desiderandum relinquebant, nisi
 ut cautius suam salutem custodirent;
 quippe non alia mercede quam exulti-
 mationis & gloriæ non raro ad suprema
 pericula provolabant.

§. XXXIII.

*Hujus munimenti expugnatio, & ce-
 leberrima victoria de Turcis
 reportata.*

*Lettr. Hist.
 Sept. Oct.
 Elect. Jur.
 publ. t. 10.
 pag. 466.*

Igitur Eugenius Princeps exercitum
 suum ad nova castra, quæ a Danu-
 bio usque ad Savum flumen sese pro-
 tenderant, contraxit, atque inter cre-
 bras

bras velitationes Turcis plerumque in-
 festas die vigesima Junii fossas obfidio-
 nales cum aggeribus summa celeritate
 moliri cæpit: Nec segnior erat in his
 operibus disturbandis infringendisque
 Turcarum conatus, atque industria;
 quippe hi imposita mænium propugna-
 culis belli tormenta ferreis talis, minu-
 tisque globis referta adversus milites
 laborantes displodebant, majorique ad-
 huc furore, in eos, qui novum pontem
 versus Belgradi arcem Danubio impo-
 nere nitebantur, ingentem globorum
 tempestatem detonabant, unde ad-
 vectis quoque navibus quamplurimos
 ex operariis copiisque eos tuentibus
 continuato igne absumebant. Præva-
 luit tamen imperterrita, immotaque
 Christianorum virtus, militumque a-
 lacritas, qua non modo Danubii &
 Savi, sed & paludum transitum crebris
 pontibus junxerant: Verum non jam
 contra bellica instrumenta, sed tota
 etiam elementa pugnandum erat; re-
 pente enim disturbatus procellis aer,
 nubesque æstivis incensæ caloribus in-
 ter se collisæ, creberrimoque ruptæ
 tonitru cum tanta furentium Austro-
 rum violentia pontes nauticos Danubio
 & Savo impositos impetebant, ut plura
 navigia nexu soluta incerto cursu ober-
 rarent: unde factum, ut libero transitu
 inter

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

Faber

Staats-Kallg.

tom. 30.

pag. 480.

Sæc. XVIII. inter exercitum & castra Zemolini po-
 A. C. 1717. sita interciso, Turcæ excensione facta
 cum mille peditibus & centum quin-
 quaginta Equitibus accurrerent, &
 propugnaculum, quo residua pontis
 pars defendebatur, expugnare molli-
 rentur; verum Hassi nonnisi numero
 sexaginta tamdiu Turcarum impetum
 invicto robore sustinebant, donec Eu-
 genius Princeps, ad omnes casus in-
 tenta sedulitate advolans, Turcas non
 sine magna clade repelleret, reparatis-
 que pontibus aditum aperiret. Belgra-
 do igitur terra cincto, obque interclusa
 flumina effugiendi, aut suppetias ob-
 tinendi spe conclamata, multum Chri-
 stiani de proxima deditioe sibi polli-
 cebantur, partemque multo maximam
 videbantur suscepti operis, ac laboris
 exantlasse: Verum præsidiariorum nu-
 merus, & subsidii proxime ad libera-
 dam Urbem properantis spes obfessos
 ad pertinacem defensionem animabat:
 pergratus eisdem quoque acciderat
 Des-Alleurii adventus: Hic enim Gal-
 lici apud Ottomanos Legati filius hono-
 rariam militiam professurus ad Eugeni
 castra venerat, in primo tamen obsidio-
 nis æstu, prout jam antea cum Turcis
 convenerat, ad eos profugus, quo loco
 Principum Christianorum tentoria es-
 sent, eisdem manifestavit; quocirca
 obfessi

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

obfessi ex sexcentis belli tormentis ingentem globorum multitudinem eo effundebant, qui tamen ferme omnes Divino Numine tot Christianorum Heroorum salutis invigilante, innoxia cadebant, etsi tres quinquaginta librarum globi inter Principem Eugenium, & Dombium Ducem medii prætervolassent. Dies erat decima quinta Julii, qua Eugenius propugnaculum quoddam trans Danubium a Turcis erectum post aliquot bombardarum ictus occupavit, aliudque munimentum inter Zemolinum & quamdam Insulam Turcicam octo belli tormentis verberari iussit, interim vero per exploratores cognitum, quod supremus Vezirius cum trecentis mille barbaris urbem liberaturus, jamjam Naissi castra metaretur: accepto hoc nuntio mox Eugenius trans Savum aggeres erigi, & Bavaras legiones unacum valido Equitatu imponi præcepit: Hoc comperto obfessi confestim die decima septima ejusdem Mensis trajecto Savo cum quatuor Janissarorum millibus in Cæsareos pedites irruunt, eosque pedem referre compellunt. Vix non Cæsarei trucidato eorum Ductore Marsilio Comite in fugam effunduntur: tempestive adhuc accurrit Eugenius, qui sola sua præsentia nuntantes erexit, atque ad pugnam reduxit:

duxit:

Sæc. XVIII. duxit: Tantam in milite violentiam
 A. C. 1717. habet Ducis sui amor, ut quos poten-
 tia fregit & prostravit, sola illius vox
 atque aspectus erigat, & sustentet. Hi
 ergo veluti Leones in Janissaros a latere
 impetum faciunt, & post arce certamen
 illos non sine maxima suorum cæde
 turpem in fugam agunt. Tandem
 quinto post die Eugenius triginta tor-
 mentorum & quindecim mortariorum
 ictibus diu noctuque urbem, ut vocant,
aquariam quateræ cæpit. Tanto impe-
 tu continuata erat concussio, ut inte-
 græ ædium series unacum incolis
 vel murorum ruinis vel flammis in-
 volverentur, & magna urbis pars
 tam sæde destrueretur, ut defensionis
 locus vix superesset. Integro biduo
 obsessi magnam pilarum grandinem in
 Christianorum castra, incassum tamen
 detonabant, brevi autem eorum furor
 deserbuit, cum potissimam partem eo-
 rum tormenta fulcris atque adminicu-
 lis per obsidentium globos nudata fuis-
 sent. Tandem die prima Augusti Ve-
 zirijs cum toto exercitu haud procul
 a Cæsareorum castris advenerat; unde
 Eugenius Princeps ex latere dextero
 & sinistro duobus fluvijs, a fronte urbs
 triginta ferme præsidiariorum millibus
 munita & a tergo validissimo hostium
 exercitu inter ignem & aquam cinctus
 occidit.

occlususque hærebat: difflexerat ejus exercitus partim morbis, partim iterata velitatione, & agminibus ad tuendas vicinas Regiones partitis: non deerant, qui Eugenium aut ob temeritatem in suscepto obsidionis consilio, aut præsumptionem in spretis hostium viribus incusarent: solus tamen Eugenius tam obfirmatam prosperi successus fiduciam habuit, ut se vel capturum urbem, vel seipsum a Turcis capiendum assereret, hostilesque copias in diem augeri opponentibus diceret, id eo melius esse, cum plures jugulandi adessent. Jamjam Vezirius trajecta Morava Semendriam tertia a Cæsareis castris Leucae venit, & die prima Augusti Belgradicolles superabat, excitatisque suggestibus Cæsareorum castra continuis tormentorum explosionibus infestabat, a quibus haud levis pernicies invecata est Christianis; insuper quibus plumbea mors pepercit, hos invalescens dissenterix malum sustulit, nilque propius videbatur, quam ut totus Turcarum exercitus numero & audacia longe superior Cæsareos uno impetu obrueret: Tum vero in Eugenio apparuit, quod in rebus desperatis sola virtus, ceteris amissis, omnia repararet; quamprimum enim aggeres a Turcis usque ad Savi littus protendi compererat, decretorio

Hist. Eccles. Tom. LXIX. Qq præ-

Sæc. XVIII.
A.C. 1717.

Sæc. XVIII. prælio decernere statuit. Die igitur decima
A. C. 1717. quarta Augusti media nocte, ne Turcæ adverterent, summo silentio aciem instruit, utque hostem falleret, actuendæ urbi magis intentum redderet, eam tota nocte longe acrius viginti quatuor tormentis, & triginta mortariis verberari iussit; ipse vero sequenti die B. V. in cælos Assumptæ sacro densam inter nebulam summo mane hostem nil tale suspicantem cum Equitatu in ipsis suis sepimentis adoritur: confluunt tumultuaria sedulitate Janissari, qui sublequentem peditatum aggressi, eum occi- cludunt, ast a Mæximiliano Starenbergio tempestive in opem accurrente repulsi, fossis etiam suis expelluntur: Primo hoc successu animati pedites longius quam cautius in hostem progressi, a designata sibi statione & tormentorum suggestu propter nebulæ densitatem aberrarunt, spatiumque aciei vacuum reliquere, quo animadverso Turcæ magno numero sese medios inter dextram & sinistram Cæsareorum alam infundunt, tantoque furore, tamque incondita vociferatione, veluti ceptæ jam victoriæ augurio, utramque alam urgent, ut nisi mature subveniretur, Cæsareorum fuga sisti haud ultra potuisset: Ast salutis spes Christianis inter medias desperationis nebulas affulsit.

ibique Deus exercituum potentius sal- Sæc. XVIII.
 vavit, ubi certius propiusque postremi A. C. 1717.
 excidii discrimen esse videbatur; uno
 enim eodemque momento dispergitur
 nebula, atque expectata lux omnia,
 quæ terribiliora obscuritas fecerat, mi-
 nuit, periculumque detegit: mox igitur
 Eugenius cum media acie accurrit,
 nec segnius Turcæ recentem militem
 admovent, fit utrinque pertinax certamen,
 & ipse Eugenius acinacis ictu
 fauciatur, dissimulato tamen vel victo
 dolore acrius inter primores dimicat,
 cujus exemplo animati milites, ira versa
 in rabiem in medias hostium phalanges
 tam generoso mortis contemptu in-
 vehuntur, ut post ingentem Turcarum
 cædem eos ad suos aggeres profugere
 compellerent. Mox ergo vacuum co-
 piis repletur spatium, bellique tormenta,
 quorum conspectum antea caligo Cæ-
 sareis subtraxerat, Beveranus Princeps
 occupat: ne vero rursus immodica pu-
 gnandi aviditas victoriæ remoram po-
 neret, Eugenius severe inhibuit, ne
 ulla sinistri cornu legio aliam antever-
 teret, sed simul omnes junctæ in ho-
 stem irruerent, ejus vero jussis præ-
 valente gloriæ stimulo, Bavari pedites
 ductore Colonio, veluti leones impigre
 fossas transcendunt, superatisque om-
 nibus obstaculis Turcas numero longe
 Q q 2 supe-

Sæc. XVIII. superiores aggreuntur, prosterunt,
A. C. 1717. & de aggere in aggerem protrudunt:
 inde vero pugionum ictibus eieetos ju-
 gulant, ac demum aliquot Cæsareo-
 rum legionibus adjuti, tormentorum
 suggestum a viginti Janissarorum & plus-
 quam quatuor Tartarorum millibus cu-
 stoditum cum octodecim tormentis oc-
 cupant, hostemque fugant. Tum vero
 ad plenam victoriam patebat aditus;
 irruente enim ala dextera pedites con-
 versis in ora hostium gladiis ab utro-
 que latere incurrentium illa suffodiunt,
 fugitivos usque ad colles insequuntur,
 rursusque illos ad plana propellunt,
 Turcæ tamen toto conatu palantes ad si-
 gna revocant, & acie in lunæ speciem
 disposita tres Germani Equitatus legio-
 nes involvunt, earumque unam in frustra
 concidunt, ceteris vero pugnando re-
 cedentibus, aliquot Equitum legiones
 in opem accurrunt, tanta cæde in ho-
 stem investæ, ut Turcæ non jam de
 victoria solliciti, una omnes effusis ho-
 benis fugam capefferent, relictis a tergo
 castris, opima præda, cunctis belli tor-
 mentis. Insequuntur fugitivos Rasciani
 & Hungari, & paucorum resistentium
 ora adversa fodiunt, fugientium terga.
 Cecidere in acie decem Turcarum mil-
 lia, quinquies mille saucii, totidem-
 que capti, & ter mille in fuga truci-
 dati.

dati. Ast ex parte Christianorum in ^{Sæc. XVIII.} acie cæsa sunt duo millia, extra aciem A. C. 1717.
 tria millia, & circa mille octingenti
 vulnerati. In tam acri tamen con-
 flictu cecidere ex primæ dignitatis Bel-
 liducibus Princeps de La Tour & Tas-
 sis, Comites de Hauben, junior Pal-
 sius, Dalbergius, Clericus & Viletta
 præter plurimos Tribunos & Centurio-
 nes. Saucii erant Princeps Eugenius
 & Fridericus Wirtenbergicus Dux, Co-
 mes Palsius, Erbegenius, Rottenha-
 mius, Locatellius, Arrigonius plura-
 que alia haud vilia nec illacrimata suis
 capita. Reperta fuere in castris bel-
 lica majoris molis tormenta centum
 triginta & unum, triginta mortaria,
 & ingens belli apparatus, præda deni-
 que pinguis victori militi distributa.

Parta hac victoria Eugenius Belgra-
 densem Bacham ad deditionem provo-
 cabat, minitatus, haud ultra clemen-
 tiæ locum fore; cum ergo Gubernator
 Urbis palanckam feliciter jamjam a Cæ-
 sareis occupatam cerneret, nec suppe-
 tias sperare possit, aliunde vero Janif-
 sari deditionem fieri adhibitis etiam
 minis, postularent, duos Tribunos ad
 Eugenium die decima septima Augusti
 emisit, dedendæ Urbis conditiones of-
 ferentes, quas tamen Eugenius respuens,
 tota die urbem immani furore verberari

Sæc. XVIII. A. C. 1717. justit: altera die Gubernator expositis
albi coloris vexillis in has descendit
conditiones, ut relicto omni apparatu
bellico præsidium honore militari ex-
cedere permetteretur, omnes quoque
captivi, mancipia, transfugæ, & re-
belles Hungari Cæsareis traderentur.
Pactis hiisce conditionibus die vigesima
secunda Augusti triginta armatorum
millia Naissum Servixæ urbem transi-
rebantur: Terrore autem in cetera bar-
barorum agmina sparso, Turcxæ Sabo-
ciam validissimam arcem unacum dua-
decim tormentis duabusque navibus,
reliquere Wornickum profugi: in Tran-
sylvia quoque Servendriam, Ram, Wi-
dinum, aliaque ad oram Danubii oppi-
da deseruerunt, præsidiarios vero Si-
mon Esterhasius strenue insecutus, fer-
me omnes, interceptis septuaginta belli
tormentis jugulavit, Splenius quoque
Orsavam, & Meadiam sine ullius mili-
tis cæde recuperavit, ac denique Mer-
cyus & Viardus Cæsarei Belliduces ali-
quot millia rebellium Hungarorum Tar-
tarorumque, qui Transylvaniam deva-
starunt, captis multis millibus in fugam
egit. Ita intra quinque horarum spatium

EVgenIVs TVrCaM CæDit,
atqVe BeLLgraDVM VI CapIt
DeCIMA oCtaVa áVgVstl.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. XXXIV.

*Ingens summi Pontificis lætitia ob hanc
victoriam.*

Accepto tam insignis victoriæ nuntio
summus Pontifex immensam cordis
sui lætitiã conceperat, hancque in
rem die quarta Januarii Temesvariæ
deditionem, ac postea die prima Octo-
bris habito secreto, ut vocant, *Consi-*
torio Cardinales de fausto prælio, nec-
non de Belgradi deditione certiores
reddidit, significans, quod ipsemet Ca-
rolus Imperator per Joannem Wences-
laum Comitem de Gallas suum Orato-
rem felicissimos hosce armorum suorum
successus enuntiarit: ut ergo Pontifex
cum Purpuratis gaudium suum com-
municaret, eisdem prodigiosam hanc
pugnam his verbis explicabat: „Qui
„totam rerum gestarum seriem perpen-
„derit, inter præclara opera dexteræ
„excelsi partæ nuper victoriæ felicita-
„tem recensere non dubitabit. Quan-
„tum enim in discrimen res nostræ ad-
„ductæ fuerint, & quam levi momento
„belli fortuna penderet, nemo ex vo-
„bis est, qui ignorat. Albam Græcam
„nimirum natura, situ, mænibus, ope-
„ribusque validissime communitam, nec
„tam militari præsidio, quam justo

Orat. Con-
sist. Clem.
XI. p. 146.

Qq 4

„pro-

Sæc. XVIII. „prope exercitu firmatam ita obsidebant
 A. C. 1717. „Christiani, ut simul ipsi innumeris
 „Barbarorum copiis undique obside-
 „rentur, quæ multitudine exaltantes
 „ac præteritarum cladum memoria ef-
 „feratæ potius, quam fractæ inaudita
 „temeritate, ut plurimum literæ nun-
 „tiabant, Christianorum vires parvi ad-
 „modum facere præseferabant. Ani-
 „mum proinde nostrum non levis for-
 „mido concusserat, ne, siquid secus e-
 „veniret, superiorum victoriarum fru-
 „ctus interire posset, Christianisque ar-
 „tibus, ac terris gravissima pericula im-
 „minerent: verum trepidus hic rerum
 „status tamdiu perduravit, donec il-
 „luscente die Beatissimæ virginis in Cæ-
 „lum assumptæ triumphis consecrato,
 „mirifica periculorum conversio facta
 „fuit, & nova rerum facies emetit,
 „illo siquidem faustissimo die, quo Nos
 „publicis indictis precibus, ad Montem
 „Domini ascendimus, ac ferventiori-
 „bus votis, in Liberiana Basilica ejus-
 „dem intemeratæ Matris Patrocinium
 „vobiscum imploravimus, proposita in-
 „super peccatorum indulgentia iis, qui
 „per octo consequentes dies eandem Ba-
 „silicam adiissent, Patrem misericor-
 „diarum per immaculatæ virginis sus-
 „fragia exoraturi, dilectus Filius Nobi-
 „lis Vir Princeps Eugenius a Sabaudia

„Cæ-

„Cæsarei exercitus Dux inclytus, nova Sæc. XVIII.
 „indutus virtute ex alto, militumque A. C. 1717.
 „suorum alacritatem conspicatus, moræ
 „diuturnioris pertæsus, & barbaricæ
 „arrogantiæ impatiens, tacite copias e
 „vallo educere constituit, ut hostem
 „ferocientem intra aggeres & fossas
 „suas improvisus adoriretur. Strenuo
 „autem consilio divinitus immisso di-
 „vina deinceps beneficia obsecunda-
 „runt; nebula enim tam opportune in-
 „cedentium agmen Christianorum ob-
 „textit, ut prius expugnari castra, quam
 „hostem adventare Barbari intellige-
 „rent, tamquam scilicet renovatis Israe-
 „litici temporis signis, (quod sine læti-
 „tiæ lachrimis commemorare non pos-
 „sumus) Beatissima virgo, quam in
 „antiquo fædere Nebulæ typus adum-
 „braverat, perspicuo indicio opem præ-
 „tendens, suos se milites protegere te-
 „staretur, qua illi Duce tam ad pugnam
 „quam ad certam victoriam propera-
 „rent. Adhuc tamen Barbari ad plu-
 „res certaminis horas acriter resistere,
 „donec ultra viginti quinque millibus
 „cæsis, captisque castris, præcipitem
 „in fugam versi, ingentem apparatus
 „ex vastissimis Provinciis summa vi
 „contractum, bellica tormenta quadra-
 „ginta, & amplius supra centum, ve-
 „xilla plurima, commeatum, opesque
 „pene

Qq 5

„pene

Sæc. XVIII. „pene omnes Cæsareis copiis diripien-
A. C. 1717. „da relinquerent. Tum altero post die
 „Alba Græca sublato deditiois signo,
 „implorataque victoris fide in Christi-
 „norum potestatem redacta est. „

His ita expositis Cardinalibus si-
 gnificabat, proxima die Dominica SS.
 Rosario sacra in Ecclesia S. Mariæ su-
 per Minervam solemnes Deo peragen-
 das esse gratias, & iusta Christianæ
 pietatis officia in Pontificio Sacello pro
 defunctis tam in Hungarica acie, quam
 in Navalibus ad Orientem præliis per-
 solvenda.

§. XXXV.

*Venetorum victoriæ de Turcis
 reportatæ.*

Nec otiose hoc anno desidebant Ve-
 neti; cum enim Rossius Reipublice
 Tribunus per exploratores intelligeret,
 ad fines Ragusæ Ravicam, validissimum
 ceteroquin oppidum tenui admodum
 præsidio muniri, nulla mora duo Nic-
 lacensium & tria provincialis militia
 millia contraxit, oppidumque aggre-
 sus post segnem obsessorum resistantiam
 illud deditioe cepit, ac duodecim belli
 tormenta cum multo commeatu & co-
 pioso belli apparatu abduxit: demum
 vero continuato felicitatis cursu præter
 plu-

plures alias urbes extensum triginta Sæc. XVIII.
 leucarum territorium Venetæ Reipub- A. C. 1717.
 licæ Dominio subiecit. Ex ea parte
 fortissimum adhuc propugnaculum Ve-
 netis parebat a *S. Maura* dictum, Tur-
 cis oppido infestum; quod tamen per-
 fidus quidam Waldeckensis miles auro
 corruptus, Turcis prodere moliebatur;
 cum autem conspiratio tempestive fuisset
 detecta, ac insuper Roscius hoc pro-
 pugnaculum, vicinaque oppida vali-
 diore præsidio jam antea firmasset,
 duodecim Turcarum millia, quæ in
 opem advolarant, non sine clade repu-
 lit. Postea vero die sexta Aprilis Schwe-
 nicensis Bassa idem propugnaculum
 cum quinque peditum millibus, & e-
 quitibus octingentis quinto rursus im-
 petu adortus est, atque in ipsis vallis
 jamjam victoriæ vexilla affixit: ast An-
 tonius Lauredanus propugnaculi Gu-
 bernator facta generosa eruptione illos
 inde propulsavit, trucidatoque Bassa
 ceteros omnes timore pene exanimes
 in fugam egit: nec minus prospera erat
 expeditio maritima; Veneta enim clas-
 sis nonnisi viginti septem navium die
 decima tertia Maij prope Imbro cum
 turcica quadraginta duobus navi-
 giis valida in seram usque noctem col-
 lidebatur, tandem vero Turcicam ge-
 nerose in fugam conjiciebat: Iterato,
 &

Sæc. XVIII. & acriore adhuc conflictu Veneti die
 A. C. 1717. decima sexta & vigesima prima ejus-
 dem Mensis Turcicam classem gloriose
 devictam non sine copiosa hostium strage
 fugavit. Cecidere tamen in hoc ce-
 tamine præter ipsum Architalassum Lu-
 dovicum Flanginum quadringenti qua-
 draginta quatuor gregarii, & viginti
 sex varii gradus Officiales, faucii vero
 circiter octingenti. Parta triplici hac
 victoria Veneti classem suam Pontifi-
 ciiis, Lusitanis, Etruscis & Meliteni-
 bus navigiis auctam Prevesæ in Epiro
 applicant, hancque unacum Prælia &
 triginta belli tormentis urbem capiunt,
 pacta hac deditiois lege, ut Turcæ
 Voinizzam diu terra marique obsessam
 dederent: inde promotu cursu Veneti
 Lartam quoque Urbem interceptere.

§. XXXVI.

*Sardinia Insula a Philippo V. Rege
 hostiliter invasa.*

Lettr. Hist. Tot tamen victoriarum non modo a
Aout Sept. Venetis, sed potissimum a Cæli-
Esc. Elect. reis reportatarum cursum nonnihil le-
Jur. Publ. stere videbatur inopina Philippi V. His-
Tom. XI. spani Regis irruptio hostilis in Sardi-
Epist. Clem. niæ Regnum: qua invasione irritatus
XI. p. 2250. pontifex, Ecclesiasticas per Hispaniam
Hist. de Card. & Indiam decimas pro Turcico bello
Alber. t. 2. &
p. 140. &
seqq.

concessas eidem Regi inhibuit, potissimum ea ex ratione, quod paulo ante Pontifici spondisset, se contra Imperatoris terras, quousque bellum duraret, nihil hostile tentaturum: Nihilominus Alberroni Cardinalis, ut creditum est, consiliis incitatus Rex, cum ipsa classe, quam contra Turcas instruxerat, die vigesima secunda Augusti præfatam Insulam vi pacis a Cæsareis possessam invasit, edito scripto, in quo inter alias hujus usurpationis causas adduxit, quod Imperator Regis Hispani titulo usus, insuper Filio suo nuper nato *Principis Asturiæ* nomen indiderit, Molinensium, qui ad Inquisitoris munus in Hispaniam fuerat evocatus, in Mediolanensi Ducatu captum detineri iusserit, aliunde etiam plures Provincie adhucdum a Regno Hispanico avulsæ essent, quas iterum vindicare, Regi competeret, cum Imperator Catalaunensibus secreto opem ferret, eisquæ quasdam arces reliquisset &c. Hæc tamen rationes summo Pontifici tam validæ haud videbantur, quin non die vigesima quinta Augusti ad Philippum Regem acerbiores hæc daret literas:

„Cum ex iis, quæ Majestas Tua non
 „semel Nobis significanda curaverat,
 „minime ambigeremus, bellicas Naves
 „a Te (Nobis enixe flagitantibus) ador-
 „natas

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII. „natas insigne ac validum hoc anno
 A. C. 1717. „subsidiū Christianæ classis adversus
 „Turcas instructæ laturas esse, facile
 „adduci potuimus, ut crederemus,
 „imo & ad tui laudem venerabilibus
 „fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus
 „palam, ac fidenter in Consistorio no-
 „stro denunciaremus id, quod tuo simili-
 „ter nomine ad Nos deinde allatum fuit;
 „easdem scilicet Naves jam solvissē, at-
 „que ad publicam causam juvandam,
 „quemadmodum Nobis sæpe pollicitus
 „fueras, in Orientem properare, id porro
 „eo proclivius credidimus, quo eni-
 „xius illud exoptabamus, cum satis
 „Nobis perspectum esset, classē præ-
 „dictam, tametsi hæctenus Christianæ
 „rei causam strenue ac fortiter egerit,
 „commissis tamen nuper in Ægeo mari
 „cruentis præliis fessam ejusmodi sup-
 „petiarum adventum summoperè præ-
 „stolari: Hinc Majestas Tua abunde
 „conjiciet, quam inexpectatus quam
 „molestus ac vere acerbus Nobis ac-
 „ciderit, qui postremis his diebus in-
 „crebuit, rumor naves illas tuas non
 „eum, quem Nobis renuntiari feceras,
 „sed alium plane cursum tenuisse, a
 „promissis tuis longe diversum, ex quo
 „non solum nullum Orthodoxa religio
 „auxilium sperare posset, sed plura po-
 „tius, ac sane gravissima, detrimenta
 „me-

„metuere. Fatemur quidem iniustum Sæc. XVIII.
 „Nobis ex hoc nuntio dolorem ea Nos A. C. 1717.
 „hactenus lenivisse ratione, quod res
 „ab eximia pietate tua, tuæque pro-
 „missionis fide, imo & a Catholici Re-
 „gis officio in tanto laborantis Ecclesiæ
 „discrimine maxime aliena, sermonibus
 „licet, & querimoniis plurimorum con-
 „firmata, integram adhuc fidem mereri
 „non valeret. Quia tamen in adeo com-
 „munis, ac ubique jam vulgata hu-
 „jusmodi rei fama vereri cogimur, ne
 „paucorum hominum fraude ad noxium
 „illud, ac plane exitiale, quod jam
 „suscepisse diceris, consilium ineundum,
 „tametsi invitus, ac nolens, abductus
 „fueris, sincera paternaque nostra in
 „Te charitas non patitur, ut in tanto
 „non existimationis modo, sed etiam
 „animæ tuæ periculo, labia nostra con-
 „tineamus. Quis enim non videt, quan-
 „tis fieres apud Regem Regum ratio-
 „nibus obnoxius, & quanta famæ tuæ
 „labes hæreret, si consiliarli tui id abs-
 „te extorquere potuissent, ut publicam
 „causam desereres, ut Christianæ Re-
 „ligionis pericula negligeres, ut desti-
 „natas sacro bello ad sanctæ Ecclesiæ
 „præsidium copias & arma aliorum
 „converteres, & a Te ipso quodammodo
 „abieres, datam iterum, ac sæpius
 „Nobis fidem, imo potius omnipotenti
 „Deo,

Sæc. XVIII. „Deo, qui non irridetur & cuius no- „
 A. C. 1717. „mine sponſiones tuas accepimus, „
 „non præſtares? horrendas quidem illi „
 „divinæ ultionis animadverſiones ſibi „
 „accerſerent, ſi aut quarumvis offen- „
 „ſionum obtentu aut privatis ſtudiis „
 „impulſi, Majeſtati tuæ authores eſſent „
 „tam præpoſteri conſilii, quod Regi „
 „tui nominis claritatem violaret, quod „
 „paſtoralis muneris noſtri pro tuenda „
 „re Chriſtiana operam & conatus elu- „
 „deret, quod denique Deus terribilis „
 „apud Reges terræ inultum eſſe non „
 „ſineret. Quas enim offenſiones me- „
 „morare poſſent Miniſtri tui, ut Dei „
 „cauſſam poſthabendam ſuaderent? „
 „Quas rationes adducere valerent, quod „
 „Catholicæ Religionis Bono, Divinæ „
 „gloriæ incremento, ac urgenti Chri- „
 „ſtianæ Reipublicæ neceſſitati anteaſſeri „
 „deberent? Nunquid a Chriſto fractam „
 „fidem, aut acceptas injurias cauſant „
 „poſſent, ut ei itidem frangi fidem, „
 „ejuſque nomen & jura debito præſidio „
 „deſtitui poſſe contenderent? Vehi- „
 „menter itaque Majeſtatem tuam roga- „
 „mus, & in Domino obſecramus, ut „
 „quæ Tibi hætenus libera plane voce „
 „ſed paterno affectu explicavimus, pro „
 „ſingulari animi tui æquitate, atque „
 „prudencia ſerio Tecum expendas, „
 „Reipublicæ Eccleſiæ Religionis per- „
 „cultam

„cula circumspicias, ac Nos potius, Sæc. XVIII.
 „qui tibi parentis, & quidem amantif- A. C. 1717.
 „simi loco sumus, vera, & salutaria sua-
 „dentes, quam Filios diffidentiae, qui
 „terrena tantum sapiunt, ac non tam
 „amplitudinis tuæ cupidi, quam lau-
 „dis inimici consilia in speciem utilia,
 „sed re vera perniciosissima suggerunt,
 „audire velis, eamque postea suscipias
 „deliberationem, qua omnibus in eo,
 „quo erant, statu relictis, aut si quæ
 „innovata fuerint, in eum itidem, quo
 „erant, statum restitutis, gloriæ tuæ
 „dispendio, tuæ insuper conscientiae
 „discrimini, publicæ tranquillitati, bo-
 „norumque tandem omnium querelis
 „consultum sit. „

Verum Philippus Rex hisce Papæ
 monitis potiora esse sua jura arbitratus,
 non modo per Marchionem de Grimal-
 do suis Legatis apud externos Princi-
 pes degentibus tentatæ invasionis ra-
 tiones exposuit, sed etiam cæptis con-
 stanter insistens, Cailarim Sardiniae
 Metropolin die vigesima tertia ejusdem
 Mensis obsidere cæpit, eamque die vi-
 gesima nona Septembris ad deditionem
 compulit: quapropter Rubius Marchio,
 qui Cæsaris nomine huic Insulæ præ-
 erat, resistendo impar, sese cum suo
 milite ex eadem subduxit, quem ta-
 men fugientem Rex cum centum quin-
Rr qua-

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

Sec. XVIII. quaginta Equitibus interceptit, licet
A. C. 1717. ipse postea sub rustici veste occultatus,
 fuga elaberetur: Enimvero Franciæ &
 Angliæ Reges pro terminandis Cæsarum
 fidiis partes suas offerebant, ipse et-
 iam Imperator horum operam ratam
 habuit, declaravitque, velle se sub cer-
 tis conditionibus Hispaniæ titulo & iure
 cadere, nihilominus Philippus non mo-
 do Saffarin, Largerum, Aragonensium,
 totamque hujus Insulæ in mediterræ-
 neo regionem sibi subjecit, sed etiam
 palam de instruenda classe nova, &
 de invadendis Italiæ terris Cæsari sub-
 jectis egit.

§. XXXVII.

*Tres Præsules hoc anno Romana Pur-
 pura a Clemente XI. honorati.*

*Orat. Con-
 sist. Clem.
 XI. p. 146.*

Plures, diverso tamen tempore Præs-
 fules generis claritate, & virtutum
 præstantia inclytos Clemens Papa hoc
 anno sacro Purpuratorum Collegio ad-
 scripsit. Hos inter primus erat Gilbertus
 Borromæus Mediolanensis Patriar-
 cha Antiochenus, & Episcopus Novæ
 rientiensis, qui die decima quinta Martii
 Presbyter Cardinalis tit. S. Alexii re-
 nuntiatus est. II. Julius Alberonus
 Hispanæ Regi a consiliis. Hic a summo

mo Pontifice ad Purpuram elevatus e-
 rat. eoquod ejus opera Philippus Rex in
 suis regnis læsa Ecclesiæ jura ac liberta-
 tes reparasset, *diserte enim, ita Pur-*
puratos in Consistorio congregatos al-
loquebatur Pontifex, Charissimus in
Christo Filius noster Hispanice Rex man-
davit, ut quibuscunque ordinationibus seu
Decretis tam ab ipso, quam ab ejus Ad-
ministris alias in contrarium editis, maxi-
me refragantibus, vetitum jam dudum Hi-
spanice Nationi cum hac Romana Curia
commercium prorsus in integrum restitua-
tur, quæcunque præterea Apostolicæ literæ
sublatis impedimentis debitæ, ut prius,
executioni de cætero demandentur, Noster
itidem, Et hujus sanctæ Sedis in illis Re-
gnis Nuntius, ejusque Tribunal, Ministri Et
Officiales quilibet ad prærogativas, hono-
res Et Facultates, ac Jurisdictiones om-
nes, quibus antea frui, Et potiri consueve-
rant, ac potissimum ad liberam spoliorum
Et vacantium in illis partibus Ecclesiarum
fructuum ad Cameram nostram Apostolicam
spectantium administrationem plene redinte-
grentur, prout reipsa Venerabilis Frater
Pompejus Archiepiscopus Neo-Cæsareæ,
quem nostrum Et dictæ Sedis Nuntium in
iisdem Regnis deputavimus, jam redinte-
gratus fuit, omnia demum quibuscunque
in rebus, tam ad Ecclesiam, quam ad Apo-
stolicam Sedem pertinentibus in eum, quo
 Rr 2 erant;

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVII erant, statum tam initio Regni ipsius Phi-
A. C. 1717 lippi Regis, quam tempore cla. me. Ca-
 roli secundi dum vixit, Hispaniarum Regni
 Catholici ejus Prædecessoris panitus re-
 ponantur & reposita esse intelligantur ita,
 ut ejusmodi in rebus id totum, quod tunc
 servabatur, etiam in posterum similiter ser-
 vetur, ac servari debeat.

Quam sane postremam declarationem
 plurimi faciendam esse ad novas, quæcum-
 que Ecclesie Jurisdictionis & Apostolicæ
 authoritatis offensas cumulate reparandas
 nemo est, qui possit ambigere. Hæc omnia
 pertractata, acta, gesta, ac tandem ad
 eum, quem auditis, felicem exitum per-
 ducta, & stabilita fuerunt enixo potissimum
 studio, dilecti Filii Abbatis Julii Alberoni,
 cujus scilicet unius opera præfatus Phi-
 lippus Rex in ejusmodi negotiis usus fuit.
 Accedit, ad ipsius Alberoni commendatio-
 nem, quod idem hic est, qui memorati Phi-
 lippi Regis jussu sedulo curavit, ut anno
 præterito plurimum bellicarum navium, ac
 triremium agmen munitissimum adornare-
 tur, quod ab eodem Rege rogatu nostro in
 auxilium Christiane classis, adversus Tur-
 cas transmissum fuit, nec sane imparem
 adhibuit curam, ut etiam hoc anno a præ-
 dicto Rege in eundem finem mitteretur ali-
 validius sexdecim Bellicarum navium sub-
 sidium, quod omnibus necessariis optime re-
 structum e portu Gadicensi jam solvisse re-
 pertum

perrime accepimus, æquum propterea exi-
stimamus præsertim, ut nostram erga Re-
gem, qui Nobis & Ecclesiæ satisfacere non
erubuit, paternam charitatem luculento ali-
quo testimonio comprobemus, virum hunc
ei gratum, simulque de Apostolica Sede ac
de publica causa præmissis nominibus bene
meritum Fraternitatum vestrarum numero
adscribere, ut alacrius ad alia, & quidem
majora in posterum peragenda, quæ Chri-
stianæ Reipublicæ & catholicæ Ecclesiæ læta
esse possint, & utilia, tam Rex ipse, quam
idem ejus Minister Alberonus amplissimo
hoc Pontificiæ largitatis munere vehemen-
tius inflammentur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Hunc ergo Pontifex die duodecima
Julii declaravit Cardinalem Diaconum.
III. Eadem die hac dignitate auctus
est Emericus Czacki Hungarus, Archi-
episcopus Colocensis, Presbyter Car-
dinalis tit. S. Eusebii.

§. XXXVIII.

*Dissidia inter Pontificem & Cæ-
sarem.*

Ex ipsa Philippi V. invasione, & Al-
beroni Abbatis inauguratione inter
Romanam & Cæsaream Aulas novæ
oriebantur dissensiones: quamprimum
enim ab Hispano Rege susceptum novi
belli consilium Carolo Imperatori in-

*Vit. Albe-
ron. tom. 3.*

*pag. 92.
Theatr. Eu-
rop. t. 21.*

*pag. 410.
Vid. supra
pag.*

Rr 3

notue.

Sæc. XVIII notuerat, mox Comiti de Gallas suo
 A. C. 1717 apud Pontificem Legato negotium da-
 bat, ut eidem significaret, haud in-
 certis rumoribus constare, quod Phi-
 lippus Rex classem suam nullatenus
 Tu cas debellaturus, sed Sardiniam,
 Cæsarisque ditiones invasurus, para-
 tam teneret. Hujus rei se omnino in-
 scium esse obtendebat Pontifex, post-
 quam vero Hispani jamjam Sardiniam
 invasissent, Cæsar a Pontifice petit,
 ut ejus copiæ per Pontificias ditiones
 Neapolin versus libere transire possent,
 & Pontificis Nuntius ex Hispania revo-
 caretur, atque Alberonus Abbas præci-
 pius tam perniciosi belli contra Cæsa-
 rem atque Italiam incentor causam
 suam dicturus Romam vocaretur, et
 denique Patellius, qui hunc Abbatem
 in Cardinalem nominari urgebat, suo
 officio amoveretur: His petitis Ponti-
 fex sine manifesta Hispani Regis offe-
 sione annuere haud poterat, ut tamen
 collusionis suspicionem a se amoliretur,
 datis uti memoravimus, literis Philippo
 Regi tentatam invasionem exprobra-
 bat, simulque misso ad suos Germa-
 niæ Nuntios scripto innocentiam, suam
 que agendi rationem vindicabat: Eo-
 dem vero contentio recrudit, dum
 Pontifex Alberonum neglecto Stella
 Tarentano Archiepiscopo, quem Cæ-
 sar

far per suum Legatum nominabat, non modo Purpura decoravit, sed etiam invitus licet, ad Hispani Regis petitionem eundem Hispalensem Archiepiscopum confirmavit, Cæsari vero decimas reddituum in Italia ex bonis Ecclesiasticis, & subsidia ad bellum Turcicum concedere, & foedus contra Hispaniæ Regem inire renuit. Inde Imperator vehementer commotus, per suum Legatum Comitem de Gallas Pontifici proponi iussit, ut a prætenso jure investituræ Regni Neapolitani desisteret, Ducatum Beneventanum eidem Regno redderet, & soli Imperatori collationem quatuor Episcopatum Regni competere agnosceret, sciretque, solos Episcopos jus habere conferendi beneficia suis Diæcesanis, ita, ut Papalis Dataria alternativam exercere nequeat, nec sibi reservare possit certas pensiones de Beneficiis Ecclesiasticis. Petebat insuper Imperator, ut Episcopatus atque Beneficia Regni Neapolitani sint exempta ab Annatis, nec etiam Laici deinceps ex hoc Regno Romanam sint citandi, ibidemque abolito Tribunali Pontificio Alberonus dignitate Cardinalitia exuatur, eoquod ipse, necnon Princeps de Cellamare Legatus Gallicus apud Hispanos nefaria tulissent consilia, atque ex ipsis Sultani literis

Rr 4

teris

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

Sæc. XVIII. teris constaret, Alberonum secreta cum
A. C. 1717. Turcis consilia fovisse, eapropter jussu
 Pontificis Genuæ detentus erat, inde
 vero in Helvetiam elapsus, Romam
 venit, ubi de sibi impectis criminatio-
 nibus sese apud Pontificem excusabat,
 & Princeps de Cellamare suam inno-
 centiam vindicaturus, datis ad Aqua-
 vivam Cardinalem literis contra Cæ-
 sarei Legati accusationes sese purga-
 bat; nihilominus Imperator, quia Pon-
 tifex duntaxat decimas ex Italiæ ditio-
 nibus ei permisit, & Aldrovandum
 Nuntium suum duntaxat ex Hispaniis
 revocavit, ceteris vero Cæsaris petitis
 annuere tergiversatus est, hinc Vien-
 nensi Nuntio Apostolico Aulæ aditus, &
 Ministris omne cum eo commercium
 interdictum, ac insuper Nuntius Apo-
 stolicus Neapolitanus Vincentinus die
 vigesima octava Novembris, & post-
 ea Bruxellensis Nuntius urbe totaque
 ditione excedere jubebantur. Hæc tra-
 men controversia quarto post anno ple-
 ne fuit composita, atque Imperator de
 Regno Neapolitano investitus.

§. XXXIX.

Aliæ Pontificis angustie ac molestie.

*Theatr. Eu-
 rop. l. 6.
 pag. 390.*

Non deerant adhuc aliæ contentio-
 nes, quibus Pontifex, cum utri-
 que

que contententium parti satisfacere Sæc. XVIII.
 haud posset, in graves conjiciebatur A. C. 1717.
 angustias; præprimis enim *Monarchicæ*
Siculæ Tribunal, spretis Papæ censu-
 ris, jurisdictionem Ecclesiasticam ad-
 hucdum exercebat, cumque Pontifex
 Reno flumen Comachio olim circum-
 ductum indeque abductum in Padum
 duceret, reclamantibus Cæsare & Ve-
 netis, agger, quem eo fine Bononienses
 erexerant, a Comachii præsidio Im-
 peratoris jussu dejectus est. Eo etiam
 tempore Pontifex Nobilem quemdam
 Adolescentem natione Massiliensem Rey-
 mundo de Perillos Magno Melitensium
 Magistro, ut illum ad Equitum Ordi-
 nem assumere vellet, perenixe com-
 mendabat, cum autem hunc Magister
 requisitis dotibus destitutum cerneret,
 Papæ precibus minime deferendum
 censuit: Ea repulsa offensus Papa, gra-
 tiæ suæ, & privilegiorum jacturam
 Magistro minitabatur, hic autem im-
 perterritè Pontifici respondit, se opem
 & protectionem privilegiorum Ordinis
 sui a Christianissimo Rege, aliisque Ca-
 tholicis Principibus petiturum, nullo-
 que negotio impetraturum: Insuper
 Pontifex ex sua erga Jacobum III. An-
 gliæ folio inique detrusum paterna be-
 nevolentia ac liberalitate fænoris loco
 nonnisi graves retulit molestias: Eun-
 dem

Rr 5

dem

Sæc. XVIII. dem enim Regem, cum Avenione Ro-
 A. C. 1717. mam contenderet, misso obviam Al-
 bano Cardinale perhonorifice excepit,
 & ad ipsius obsequium destinato Sal-
 viati Principe per plures hebdomadas
 liberaliter habitum, largisque muneribus
 auctum die quarta Julii ad Urbinatem
 Ducatum Regia pompa reduci cura-
 bat: cum vero Gualtierius Cardinalis
 ejusdem Regis Protector non raro Pon-
 tificis auribus insusurraret, variis in lo-
 cis Anglos morari, qui Jacobi Regis
 vitæ, ut constitutum sanguinis pretium
 obtinerent, insidiarentur, hinc Ponti-
 fex hisce dictis nimium facile creduli-
 tatem suam addicens, Regis Palatium
 validiore milite obfirmari jussit, inde
 vero capta occasione, Bononiensis Præ-
 fectus Comitem Peterborugum, qui
 Taurino Bononiam venerat, unacum
 suis chartis ibidem captum detineri
 præcepit; perlustrantur omnes ejus
 cistæ, scripta & scrinia, cum autem
 nullum ejusmodi consilii vestigium de-
 prehenderetur, & Pontifex inde mo-
 lestum sibi negotium creari pertimesce-
 ret, hunc Nobilem non modo libertati
 quantocius reddi jussit, sed insuper Car-
 dinali Legato Bononiensi in mandatis
 dedit, ut Peterborugum ipse conve-
 niret, hancque injuriam deprecans,
 hæc sine Pontificis mandato & scientia
 fuisse

fuisse attentata declararet: idem etiam Sæc. XVIII.
 officium ipsemet Jacobus Rex per quem A. C. 1717.
 dam ex Nobilibus suis Domesticis Co-
 miti Peterborugo exsolvit, quin tamen
 propterea Georgius Britanniae Rex pla-
 caretur: Denique Pontifex acerbissime
 tulit, frustratos fuisse conatus suos, qui-
 bus prohibere nitebatur, ne Lutherani
 in Saxonia palam secundum pubescentis
 sectæ Jubilæum celebrarent.

§. XL.

*Religionis Catholicae latius propa-
 gandae spes.*

Eodem ferme tempore die vigesima Epist.
 quinta Julii summus Pontifex ha- Clem. XI.
 bito Purpuratorum Senatu Cardinali- pag. 2235.
 bus Congregationis *de propaganda fide*
 exhibuit Petri Magni Moscoviae Ducis
 literas, in quibus per Ducem Borisium
 Kurakinum Legatum suum Romam
 missum hic Princeps Catholicis libe-
 rum suæ Religionis exercitium in Uni-
 versa Russia indulserat. Eapropter Pon-
 tifex gaudio exultans quamplurimos
 Viros Apostolicos ad propagandam ibi-
 dem religionem Catholicam eo decer-
 nere statuit, ac præprimis die duode-
 cima Maij has ad Petrum Ducem dedit
 literas;

„Sola“

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

„Solatium longe majus Legatus tuus
 „Nobis attulit, ubi certiores Nos fecit,
 „Constitutum Majestati Tuæ fuisse li-
 „berum & publicum Catholicæ|Roma-
 „næ Religionis exercitium in univerſa
 „tua ampliffima ditione permittere,
 „imo jam permiffiſſe, ut in civitate tua
 „Mofcua nedum fundaretur Conventus
 „Ordinis Fratrum Minorum ſancti Fran-
 „ciſci Cappuccinorum nuncupatorum,
 „ſed etiam erigeretur Eccleſia & Do-
 „mus pro Religioſis viris Societatis Jeſu
 „unacum Gymnaſiis ad erudiendam
 „Bonis literis, ac imbuendam Chri-
 „ſtianis moribus juventutem perneceſ-
 „ſariis. Cumulus tandem lætitiæ no-
 „ſtræ acceſſit, cum ille idem tuo no-
 „mine pollicitus Nobis fuit apertum
 „deinceps, tutum, ac liberum fore tran-
 „ſitum per ipſas tuas ditiones Miſſio-
 „nariis, qui ad nuntiandum Chriſti
 „Evangelium ab hac ſancta Sede ad
 „Sinarum imperium, & alia Regna
 „orientalia dirigerentur. Anxiis propterea
 „ea ſollicitisque votis ad hanc uſque
 „diem exoptavimus diploma, quo hæc
 „omnia a Te benigne indulta fuiſſe,
 „conſtaret, quod quidem diploma idem
 „Dux omnino a Te ſperandum, ac ex-
 „pectandum eſſe affirmaverat, ſed cum
 „illud noſtras ad manus hæctenus ne-
 „quaquam pervenerit, petimus idcirco
 „in

„in præfens vehementer a Majestate tua, Sæc. XVIII.
 „ut pro animi nostri æquitate, ac promif- A. C. 1717.
 „forum constantia, ejusdem diplomatis
 „expeditionem diutius retardari non si-
 „nat, ac expeditum huc ad Nos deferri
 „quamprimum mandet. Hac plane ra-
 „tione gaudium complebitur, quod susce-
 „pimus, & Nos vicissim congruis, publicis-
 „que significationibus, quo in honore,
 „ac pretio egregium hujusmodi fa-
 „ctum tuum, apud Nos fuerit declarare
 „non omitemus, Deum interim Patrem
 „luminum impense rogamus, ut lucis suæ
 „radios tuæ menti propitius infundat, ac
 „Majestatem Tuam perfecta caritate No-
 „bis & Catholicæ Ecclesiæ jungat.,

Præfata Pontificis epistola hanc præ-
 seferrebat inscriptionem: *Serenissimo, po-
 tentissimo ac Magno Domino Czari & Ma-
 gno Duci Petro universæ magnæ, parvæ &
 albæ Russiæ Autocratori, necnon Magno-
 rum Dominiarum Orientalium, Occiden-
 talium, & Septentrionalium Paterno, avi-
 toque Hæredi, Successori, Domino, ac
 Dominatori. Idem quoque Petrus Ale-
 xowicius Moscorum Dux peragratis fer-
 me omnium Europæ Principum Aulis
 die duodecima Octobris Petropolin in-
 gressus, Jesuitis in suo Regno ad ju-
 ventutem moribus & arte instruendam
 Collegia erigi concessit, aliaque pro
 politico regimine Collegia instituit. Nec
 minor erat Pontificis lætitia ob pro-
 mul-*

*Faber l. c.
 t. 30. & seqq.
 Elect. Juris
 publ. t. 13. i
 & seqq.*

Sæc. XVIII. A. C. 1717. mulgatam Friderici Augusti, qui Augusti Poloniæ Regis, & Saxonici Electoris Filius erat, conversionem ad fidem Catholicam; jam enim Hic anno hujus sæculi duodecimo ejurato Lutheri fermento clam Bononiæ ad veræ Ecclesiæ sinum reversus erat, gravibus tamen de causis publicam fidei professionem hucusque distulit, hoc autem anno, dum die sexta Octobris Venetiis Viennam venerat, magnamque hæreditatem ab Avia sua Lichtenburgi nuper defuncta consecutus erat, sub Missa solemnè per Spino-lam Nuntium Apostolicum peracta fidem Catholicam publice professus est, idque datis Lincio literis die vigesima nona Septembris summo Pontifici significavit. Tam prosperum rei successum Pontifex Regio Principi die sexta Octobris gratulatus, die vigesima secunda Octobris denuo hæc ad eum perscripsit. *Manantes ab oculis nostris præ gaudio lacrimæ nequaquam sinunt, ut satis verbis explicari possimus, quanta repleti fuerimus consolatione, quæ lætitia exultaverit cor nostrum, ubi ex tuis literis die vigesima nona Septembris ad Nos datis Consilium intelleximus, quod (Charissimo in Christo Filio nostro Augusto Poloniæ Rege Genitori tuo annuente) suscepisti, non amplius in occulto, sed palam ac publice profitendi religio-*

ligionem Catholicam, ac simul in te fervente Sæc XVIII.
 studio, in quo singularis Pietas tua maxi- A. C. 1717.
 me elucebat, rogati fuimus, ut id, quod
 ipse publicis orthodoxi cultus officiis Vien-
 næ in Austria, hoc est, in ipsa Cæsareæ
 Aulæ celebritate, totiusque Germanicæ luce
 vulgare parabas, nos etiam in hac veræ Re-
 ligionis arce ad Divini nominis gloriam,
 Catholicæque Ecclesiæ solatium sine mora
 promulgaremus. Jussimus itaque atque ju-
 ssum votis tuis satisfacturi illico nempe
 die undecima præsentis Mensis Octobris Con-
 sistorium celebravimus, in quo V. Fratri-
 bus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui fre-
 quentes interfuerunt, jucundissimum hunc nun-
 tium communicavimus, ac insuper ea, quæ
 ad rei gestæ seram, tuamque imprimis lau-
 dem pertinere videbantur, palam recitari
 mandavimus. Quanta vero cum exulta-
 tione & plausu hæc omnia tum ab eorum-
 dem Cardinalium cœtu, tum ab universa e-
 tiam hac Urbe Nostra audita fuerint, non
 est, cur tibi modo pluribus declaremus. . . .
 Ceterum nos præclarum hoc factum tuum,
 quod maximum ætati nostræ decus addit,
 quodque recte ingenti cum Tui nominis glo-
 ria Ecclesiasticis Annalibus inseretur, Tibi
 dilectissime in Christo Fili Noster, effuse gra-
 tulamur, omnipotentem Deum enixe ro-
 gantes, ac perpetuo rogaturi, ut ea, qua
 cepit, misericordia Tibi jugiter adesse di-
 gnetur, perficiatque gressus tuos in semitis
 suis

Sæc XVIII *suis, ut non moveantur vestigia tua. Titus*
 A. C. 1717. *demum felicitatis auspicem ac intimæ No-*
stræ benevolentiae testes Apostolicam benedi-
ctionem peramanter impertimur &c.

Insuper Pontifex vigesima ejusdem Mensis die ipsum ejus Parentem dignis cumulabat laudibus, quod ejus Filio orthodoxam fidem publice profitendi, atque exercendi facultatem dederit: Nona autem præfati Mensis die Pontifex Principem Eugenium literis commendabat, quod apud Cæsarem enixis officiis egerit, ut fides Catholica in Saxonia stabiliatur, & connubium inter præfatum Saxonix Principem, & Archiducissam Austriæ concilietur. Eadem etiam Pontifex ab ipso Imperatore flagitabat. Quoniam vero Augustus Polonix Rex probe prospexerat, quod Lutherani Proceres, ceterique Saxones ob mutatam Filii sui religionem graves concitaturi essent motus, hinc omnibus & singulis Electoratus sui subditis Regia & sincera fide plenam conscientix, sectæque suæ libertatem die vigesima tertia Octobris per publicum diploma sponndit, necnon per suum Legatum die prima Novembris Catholicorum Principum Legatis Ratisbonæ, Filium suum palam ad Catholicam fidem transiisse, significavit, publicus, quod in Imperii negotiis suffragium

gium inter Lutheranos, & Directorium Sæc. XVIII.
 continuare velit. Nihilominus disce- A. C. 1717.
 ptabant Lutherani, an tam Patre quam
 Filio ad fidem Catholicam reversis,
 Saxonix Electori, & quidem in per-
 petuum Directorii jus sit relinquendum,
 illudque in Domo Saxonica sit radica-
 tum? Affirmabat id Elector Saxoni-
 cus, suamque sententiam septendecim
 omnino rationibus muniebat, præci-
 pue exponens, gravissimum inde præ-
 judicium etiam Lutheranis accessurum,
 si alius constitueretur Director; cum
 enim ipsemet se alterius directorio sub-
 jicere non posset, necesse foret, ut e-
 tiam in Imperii negotiis Catholicorum
 partibus accederet: Reclamabant ta-
 men Daniæ Rex, pluresque Lutherani
 Principes, qui Directorium vel Bran-
 deburgico, vel Brunsvicensi Electori-
 bus deferendum censebant; postquam
 vero Augustus Rex tam hoc anno, quam
 anno sequenti Statibus suis Provincia- Vid. supra
 libus, & Imperio solemniter declaraf- pag. 399.
 set, quod Status Religionis, qui ante
 ipsius mutationem fuerat, in pristino
 statu conservari debeat, tandem hoc
 Directorium eidem assertum fuit. At-
 tamen post Mauritiæ Saxonix Ducis obi-
 tum Lutherani ob vacantem Naum-
 burgensis Episcopatus administrationem
 novam movebant litem: Augustus e-
 nim

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

S s nim

Sæc. XVIII. nim Poloniæ Rex *ex jure Advocatiæ & A. C. 1717. Protectionis*, quæ Electoribus tanquam Thuringiæ Landgraviis & Misniæ Marchionibus ab antiquo competebat, hunc Episcopatum terris Electoralibus adjici postulabat. Naumburgenſes vero Capitulares e contrario opponebant, Lutheranæ non modo, ſed & Catholice Religionis plurimum intereſſe, ut ſtatus præſati Episcopatus immotus conſervaretur, novusque eligeretur Administrator, non ergo concedendum, ut ſtatus hujus Episcopatus alteretur: Diu utrinque diſceptatum, tandem vero decretum, ut præſati Episcopatus adminiſtratio Saxonie Electori, tanquam *demandatum officium* a Capitulo concederetur, hacque ratione Citzæ eidem homagium præſtaretur.

§. XLI.

Nova perſecutio Catholicis in Sinenſi Imperio intentata.

P. Caſtoran. Rel. eorum, quæ Peckin. contig. in publ. Conſt. Vid. ſupra pag. 125. Merc. Hiſt. Octob. 1715. pag. 300. Jam anno priori die vigefima prima Octobris Bernardinus Peckinenſis Episcopus datis literis Papam certiorum rem reddidit, quod ipſe Conſtitutioni Apoſtolicæ, quæ incipit: *Ex illa* promptam ac debitam obedientiam præſtiterit, paratusque eſſet, non modo eam obſervare, ſed etiam ſtrenue ad-

niti, ut ab aliis pariter observaretur: Sæc. XVIII.
 eapropter, uti supra meminimus, P. A. C. 1717.
 Carolum a Castorano ex Ord. S. Fran-
 cisci Missionarium & suum Vicarium
 Generalem ablegabat, ut præfatam
 Pontificis Bullam contra Sinenses Ri-
 tus editam Refractariis Rituum Affer-
 toribus promulgaret: cum vero hi a
Cham - Hi Sinensi Imperatore manda-
 tum de non recipienda hac Bulla ex-
 tortissent, Castoranus re infecta ad
 suum Episcopum reverti cogebatur:
 Haud diu tamen a prohibitorum rituum
 Patronis ibidem a vexatione tutus erat;
 apud Imperatorem enim violati man-
 dati reus accusabatur, cujus jussu die
 septima Novembris Mandarinus nomine
Chao - Cham milite stipatus, ejus ædes
 accessit, significans Imperatorem jus-
 sisse, ut catenis constrictus, ad carce-
 res Tribunalis *Xin - him - su* abstrahe-
 retur: mox ergo ejusdem diei vespere
 novem catenis ligatus, atque ad desti-
 natam custodiam abductus, sæpius a
 Judicibus examini subiciebatur, tan-
 dem vero, postquam integros septem
 dies ac noctes detentus fuerat, eidem
 die decima quarta Novembris a Man-
 darinis insinuatam, quod Imperator ei
 culpam condonaret, ac liberum dimitti
 permetteret; igitur vinculis suis solu-
 tus, grave negotium perficere, ab Im-
 pera-

Sæc. XVIII. A. C. 1717. peratore jubebatur, addito mandato, ut absoluto hoc negotio Peckinum celeriter reverteretur? Hic ergo die vigesima septima ejusdem Mensis arrepto itinere suum Episcopum, qui in Urbe *Lin Cim Cheu* morabatur, in transitu invisit, ac die vigesima secunda Januarii hoc anno Cantonem pervenit, inde denuo ad præfatum Episcopum delatus, die vigesima Aprilis Peckinum reversus est, ulteriora Imperatoris mandata præstolaturus: Sequenti autem anno plures Missionarii, eoquod Constitutionibus Apostolicis morem gererent, toto Imperio proscripti sunt; Pontifex vero Peckinensem Episcopum in suis literis die sexta Novembris ob præstitam obedientiam eo uberius commendabat, quo certius sibi persuasum habebat, quod ipse hac sua prompta obsequendi voluntate refractariis telitum facturus sit, præfatam Constitutionem libero Pastoralis curæ Ministerio nequaquam, & minus adhuc Missionariorum officio, uti falso jactabatur, impedimento fore: insuper Pontifex præfatum Episcopum certiores reddidit, quod quamplurium Missionariorum supplicas unacum Delegato seu Visitatore Apostolico, quem vehementer in illis partibus exoptari noverat, & summo pere necessarium fore arbitrabatur, hoc

huc quamprimum missurus esset. Sæc. XVIII.
A. C. 1717.
 terum graviolem adhuc tempestatem
 tam contra Missionarios, quam omnes
 Catholicos concitavit invidia Manda-
 rini cujusdam nomine *Tschinmao*. Hic
 Imperatori famosum obtulit libellum,
 in quo præter plures alias querelas &
 calumnias in Christianos pleno alveo
 effusas fingebat, & pro obtrectantium
 more amplissimis verbis exaggerabat
 ingens periculum, quod Imperatori to-
 tique Sinarum imperio immineret, eo-
 quod decem Hollandicæ & Anglicæ
 naves plusquam centum belli tormen-
 tis onustæ Macaoum appulsæ essent,
 jactato quidem commercii & pro-
 pagandæ Religionis obtentu, re tamen
 ipsa, ut Sineses Provincias invaderent,
 ac velut proprias occuparent: Ut vero
 suam calumniam verisimilitudinis spe-
 cie firmaret, Indiæ Insularumque Phi-
 lippicarum, & Japoniæ, quæ Regna
 Europæi aggressi vel aggredi moliti
 fuissent, exempla inculcabat, ac Re-
 ligionis Sinicæ (qui obtentus ad con-
 citandos animos plurimum plerumque
 valet) jacturam obtendens exponebat,
 adversus Imperatoris edicta in omni-
 bus Imperii Provinciis Tempa erigi,
 confluere populum, veteribus ritibus,
 sacratisque ceremoniis ferme abolitis,
 novam falsamque religionem passim ab

Sæc. XVIII. A. C. 1717. Emissariis, Romanisque exploratori-
 bus obtrudi, non alio ex fine, nisi ut
 advolantibus Europæis copiis seditionem in ipsis Imperii visceribus concitare possent. Tandem mendacem suam declamationem Mandarinus absolvit, suadendo, ut diruantur Tempa, peregrini omnes ejiciantur, & Sinensibus ad ejurandam novam religionem compulsis, exteris prohiberetur, ne plures eodem tempore, quam una navis mercatoria, in portus Sinicos adducerent, si Imperator Regnum suum ab exterorum vi securum esse velit. Hunc Mandarinus libellum mendacis, calumniisque turgidum *Cham* - Hi Imperator supremis tribunalibus examinandum tradidit. Hæc aliunde Missionariis ex officio impiis hujus calumniatoris consiliis toto capite annuebant, edito mandato, vi cujus Christianorum Tempa recens erecta diruerentur, omnibusque Missionariis ex Imperio excedere jussis deinceps nemo religionem peregrinam publice profiteri permetteretur. Jamjam in quibusdam Provinciis hujus mandati executio urgebatur, & Christiani unacum Missionariis male habebantur: Cum vero Jesuitæ Peckinenses, aliique, qui Imperatoris declarationi circa Ritus assensere, apud Imperatorem plurimum gratia valerent,
 fatali

fatali hoc nuntio attoniti libellum sup Sæc. XVIII.
 plicem eidem obtulerunt, quibus sese A. C. 1717.
 jungabant Cantonenses, nec irrita erat
 illorum deprecatio; Imperator enim
 Tribunalium sententiam pro sua beni-
 gnitate eatenus temperabat, ut Tem-
 plis integris, quadraginta septem Mis-
 sionariis libertatis literæ traderentur,
 iique Evangelium libere prædicare pos-
 sent, ceteris vero Missionariis similes
 literæ expedirentur, dummodo sese
 Sinicis ritibus accommodaturos idonee
 caverent, secus omnes Macaoum, &
 inde in patriam abducerentur. Plus
 tum impetrari haud poterat, ne Impe-
 rator Tribunalium auctoritatem, eo-
 rumque decretum penitus convellere
 videretur, in aliis quoque Imperii Pro-
 vinciiis cuncta in eodem statu relicta, ac
 Christiana religio uti prius, tolerata fuit.
 Postea tamen Jesuitæ impium Manda-
 rini libellum typis editum, & jamjam
 per omnes Provincias disseminatum
 scripto pariter typis impresso refellere
 permitti sunt, ne Christianorum animis
 noxia adversus Christi legem opinio in-
 stillaretur: Mandarinus quoque in cri-
 minis pœnam ab officio motus & in Tar-
 tariam relegatus, morte sibi veneno il-
 lata exilium redemit. Exeunte autem
 Mense Decembri sacra Congregatio de
 Propaganda fide literas acceperat, qui-

Sæc. XVIII. bus significatum, quod Imperator Si-
 A.C. 1717. nicos Ritus impugnari haud toleret.

§. XLII.

*Thaddæi Aloyfii Del Verme Cardi-
 nalis obitus.*

*Guarvac.
 vit. Pontif.
 t. I. p. 425.
 Vit. Card.
 t. I. p. 217.*

Hoc item anno sacrum Purpuratorum Collegium sex omnino Cardinalium jacturam deplorabat. Hos inter primus erat Thaddæus Aloyfius del Verme patria Placentinus, qui nobilissimis juxta ac opulentissimis Parentibus natus, a teneris animum ad pietatem, Divinique cultus propagationem summopere propensum præferebat: cum autem secundo genitus esset filius, ad militarem statum a suo Parente destinabatur: Abhorrebat vero Thaddæus ab hoc vitæ genere, hinc Ecclesiæ, scientiis ac pietati præclaras animi sui doctes consecrare statuit, & novennis adhuc a Placentino Episcopo sacra Tonsura initiari petiit, ac demum a Patre suo Mediolanum missus, ibidem literis operam navabat, in frequenti autem hoc Athenæo Thaddæus exemplum archetypon omnis modestiæ virtutisque habebatur; nec ullum in rerum celestium studio, in diligentia & literarum profectu priorem, nec in placidissimis moribus ac ingenuitate parem.

vel in innocentiae encomio secundum **Sæc. XVIII.**
 habuit. Emenso studiorum curriculo **A. C. 1717.**
 Romam delatus, Cardinalium Farnesii
 & Alberici sanguine sibi junctorum ami-
 citiam sibi conciliabat, Fratrem autem
 ejus primogenito per infaustum casum
 in venatione cæso, Equestri Ordini
 S. Stephani aggregatus, ac commenda
 Placentina auctus, paternarum ditionum
 hæreditatem adiit: cæptam vero in pau-
 peres liberalitatem effusissime prosecu-
 tus est, ast opes ac dignitates excelsum
 Thaddæi animum satiare haud poterant,
 quapropter cunctis bonis juniore suo
 fratri relictis, ipse ad sacros Ordines
 properabat, & quam animo diu pro-
 posuerat, rigidissimam vitæ rationem,
 morumque austeritatem avidissime am-
 plectebatur. Paulopost a Mario Albe-
 ricio, qui in Cæsaris Aula Nuntii Apo-
 stolici munere summa cum laude fun-
 gebatur, Viennam evocatus, eo in
 morbum incidente, ardua legationis
 arcana direxit, ac paulopost unacum
 Albericio ad Purpuram evecto Romam
 reversus est, ubi non modo Farnesium
 Cardinalem, sed & Albericium in ulti-
 ma vitæ lucta Christianis juvit officiis.
 Eminuit humilitate, qua ultro obla-
 tum Parmensem Episcopatum & am-
 plissimas Romanæ Curiae dignitates, ob-
 jecta virium suarum imbecillitate con-
 stanter

Sæc. XVII. stanter rejecit, & non nisi importunis
 A. C. 1717. Theologorum gravis peccati metum in-
 cutientium suasionibus, serioque Inno-
 centii XI. mandato, ut Fanensem Epi-
 scopatum acceptaret, adigi potuit. Tum
 vero, ut suo gregi exemplo esset, aspe-
 rum vitæ genus hucusque occultatum
 patefecit: non raro integras noctes in
 orationibus insomnes duxit, & raro in
 strato, sed in scamnis interdum, vel
 in nudis asseribus sine pulvinari cuba-
 vit, ne vero ejusmodi vigiliarum su-
 spicio domesticis moveretur, ipse le-
 ctum suum studiose incompositum red-
 debat, ut in eo cubasse videretur: Mo-
 res præsertim Divi Caroli Borromei sibi
 imitandos proposuit, & potissimam pro-
 ventuum suorum partem, occulta ta-
 men manu in pauperes distribuit, pe-
 des ut plurimum sine famulo suam lu-
 stratus Provinciam, & quos deliquisse
 compererat, tanta moderatione casti-
 gabat, ut delinquentis famæ parceret,
 & crimen insectaretur. Habuit equi-
 dem Synodum, in qua tamen non mil-
 tas condidit leges, sed inculcata vete-
 rum observantia. Clerum suum pa-
 tientia, humilitate, misericordia, pru-
 dentia, proprioque exemplo docuit, e-
 mendavitque; omnium enim animos
 ac voluntates in se rapiebat sola ince-
 dentis gravitas, & efficax loquentis
 sua

fuavitas: Quantumcunque Thaddæus Sæc. XVIII.
 suam pietatem humilitatis velamento A. C. 1717.
 obtegere nitebatur, suæ tamen sancti-
 tatis fama ad Innocentii XII. aures
 delata, ab eodem Cardinalis tit. S. Ale-
 xii creabatur, quam dignitatem non-
 nisi merito obedientiæ impulsus, ac-
 ceptavit, simul tamen singulari humi-
 litate ac moderatione decoravit. Præ-
 terea quinque Congregationibus ad-
 scriptus, ac invitus & reluctans ad
 Imolensem Episcopatum translatus, an-
 no Jubilæi currum & equos vendidit,
 & per urbem pedes incessit, ut pere-
 grinis Romam petentibus largiter sub-
 venire posset: Sacerdotes vero peregrin-
 nantes in suo Palatio hospitio excepit,
 eademque mensa cum illis usus, disce-
 dentes ad proseguendum iter larga e-
 leemosyna sublevavit: Mortuo Inno-
 centio XII. interfuit sacris comitiis, in
 quibus ob morum comitatem, vitæque
 sanctimoniam, aliasque dotes Pontifi-
 cia tiara dignissimus habebatur; non
 deerant tamen, qui eum origine Me-
 diolanensem, proin Hispanis addictum,
 Farnesii & Alberico consanguinitate
 junctum, & eo ipso Austriacæ partis
 studiosum, parumque in publicis poli-
 ticsque negotiis versatum objicerent.
 Electo autem Clemente XI. Thaddæus,
 qui Episcopalem & multo magis Pon-
 tificiam

Sæc. XVIII. tificiam dignitatem omni virium con-
 A. C. 1717. tentione, utpote, ut aiebat, suis me-
 ritis longe majorem, repudiabat. rufus ad Ferrariensem Archiepiscopatum transferebatur, quam etiam Ecclesiam per sexdecim annos vigili, qua solitis erat sollicitudine regebat, moribusque intaminatis, sanctissimisque legibus emendavit. Enituit mirifica Thaddæi charitas, ac vigilantia præcipue dum hæc civitas fluminum eluvione, militum invasionibus, & exitiosa lue afflictabatur; publicas indixit supplicationes, in quibus occultata Purpura, & super imposito pœnitentis habitu ceteris exemplo exstitit, Divinamque iustitiam placavit. Postea vitam a publicis mundi negotiis feriatam ducens, nonnisi suæ, sui que gregis salutis invigilavit, Diæcesin ipsius lustravit, Synodum coegit, ac demum Cathedrali Ecclesiam suo magnoque sumptu reparavit. In gravem licet incidisset morbum, nunquam tamen invictum ab oratione & a laboribus spiritum relaxabat, donec anno ætatis suæ septuagesimo sexto die undecima Januarii pia morte ad cælestem gloriam properaret. Scripsit æquis partibus hæredes, suam Ecclesiam, & pauperes. Ejus corpus inter uberrimas omnium lacrimas ad Ecclesiam Cathedralen delat.

delatum, ibidem honorifice conditum Sæc. XVIII.
 est cum hac inscriptione sepulcrali, A. C. 1717.
 quam sibi ipsi modestissime composuerat:

D. O. M.

Vermis de Verme Vermibus dixit:

Mater & Soror mea vos estis:

Vermis sum & non homo,

Quia figura hominis facta est umbra
 mortis:

Hunc sibi sepulcri Titulum posuit

Thaddæus S. R. E. Card. de Verme

Ferrariensis Episcopus.

§. XLIII.

*Fabritii Spadæ Cardinalis ex-
 tremæ.*

Hunc eadem fatali mortis necessitate
 sequebatur Fabritius Spada ex il-
 lustrissima Romanorum Marchionum
 stirpe progenitus. Hic Romæ libera-
 libus disciplinis imbutus, Jurispruden-
 tiæ incubuit, relatisque Doctoratus in-
 signibus inter Romanæ Curiae Præsu-
 les connumerabatur, atque amicorum
 ope ad pinquia promotus Beneficia, a
 Clemente IX. in Sabaudiam Nuntius
 Apollolicus decernebatur, ubi Roma
 accersitis Missionariis, aliisque Viris
 Apo-

Sæc. XVIII. Apostolicis haud parum contulit, ut
A. C. 1717. Calvinistæ aliique hæretici in Vallibus
 Ticini agentes ad fidem Catholicam
 reverterentur. Inde vero ad Gallos
 eodem munere insignitus venit, om-
 niumque desiderio exceptus, per plu-
 res annos sua morum comitate ac pru-
 dentia omnium Benevolentiam amo-
 remque sibi conciliavit: exortis autem
 Romæ dissidiis inter Cardinalem Palu-
 tium & Lavardinum Regium Galliarum Ora-
 torem hucusque de se conceptam existi-
 mationem nonnihil imminuebat, brevi
 tamen pristinae gratiæ restitutus, ubi Rex
 rei veritatem edoctus, hanc dissensio-
 nem non a Nuntio, sed ab aliis solici-
 tatum compererat: Demum e Gallis
 revocatus Fabritius, a Clemente X.
 Presbyter Cardinalis renunciatus, ac
 Prænestinæ Ecclesiæ præpositus, at-
 que ab Innocentio XI. Urbini Legatus
 de latere dictus, hanc provinciam per
 septennium singulari fide ac prudentia
 administravit. Sacris interfuit comi-
 tiis, in quibus, licet scientia eminentis,
 inculpatæ vitæ, pietatisque fama in-
 clytus, sacrarum, profanarumque re-
 rum experientia longe clarissimus esset,
 nihilominus ob ætatis defectum a Pon-
 tificatus tot titulis promeriti spe ex-
 cludebatur: Ab Innocentio XII. ad ar-
 duum *Secretarii Status* officium promo-
 tus,

tus, sibimetipsi ad supremam Ecclesiae Sæc. XVIII.
dignitatem aditum occlusit, non pro- A. C. 1717.
pria culpa, sed ipsius officii vitio; cum
enim culpæ illorum, qui hoc munere
funguntur, omnes tam Principum, quam
populi offensiones potissimum attribui so-
leant, brevi etiam Fabritius gravem
Cæsaris indignationem sibi accersebat;
postquam enim Papa Gallos inter &
Sabaudos pacem conciliaverat, cun-
ctosque Italiæ Principes a bello amo-
verat, Martinizius Cælareus Orator
publico edicto omnes Imperii Vasallos
in Italia ad investituram vocabat: in-
de vero contentione gravi Papam inter
& Cæsarem exorta, tota culpæ moles in
Fabritium rejecta est, vicissim vero ipse,
an ex firma juris persuasione, vel vin-
dictæ impulsu, Hispaniæ sceptrum non
ad Cæsarem, sed ad Philippum Ande-
gavensem Ducem jure esse devolutum,
in Patrum consultationibus publice
pronuntiabat. Demum Pontifice in
gravem morbum delapso, Fabritius
tanto oneri ferendo par, solus Pontifi-
catus arcana dirigebat, singulis tamen
diebus horam mane, alteramque ve-
spere gravibus hisce negotiis surripuit,
eamque divinis contemplationibus in-
sumpsit. Paulopost Papam moribun-
dum morti Deoque præparabat, eique
postrema pietatis officia exhibuit, quo
de-

Sæc. XVIII. defuncto Fabritius a non paucis in Pontificatus Successorem expetebatur; sed A. C. 1717. opponerant alii hallucinationes in Secretarii munere commissas. Prævalentibus tamen ejus meritis a Clemente XI. maximi habitus, ad Prænephinam Ecclesiam nominatus est, necnon novem Congregationibus adscriptus, & justitiæ, ut vocant, *Signaturæ* præfectus, præclara suæ integritatis ac prudentiæ specimina edidit. Erat enim Præsul omnibus numeris absolutus, pius, sincerus, affabilis, comis, & erga omnes mansuetus, prudens, moderatus, atque obsequiosus. Postremo sacre Inquisitioni a secretis in præclaro hoc munere consenscens, die decima quinta Junii annos natus septuaginta quatuor Romæ pie in Domino obiit.

§. XLIV.

Franciscus Martellus Cardinalis vita functus.

Guarnac.
l. c. t. 2.
pag. 47.

Tertius ex Purpuratis hoc anno dentis erat Franciscus Martellus patria Florentinus, qui generis sui claritatem novo virtutum splendore, ac meritorum gloria illustrem reddidit. Præ enim ac liberaliter educatus, & literarum studia impigro labore, uberrimoque eruditionis proventu profectus Philo

Philosophiæ, & Jurisprudentiæ tum Ca- Sæc. XVIII.
 nonicæ tum civilis lauream Doctora- A. C. 1717.
 lem in Universitate Pisana emeruit.
 Romam inde profectus, & dimisso Flo-
 rentino Canonicatu sub Alexandro VII.
 inter Romanæ Curie Præsules coopta-
 tus, Faventinæ Civitatis Governator
 ad Ferrariensem Legationem transfe-
 rebatur: postea Spoletana Præfectura
 defunctus, Romamque revocatus, in
 Pontificatu Clementis IX. in Congre-
 gatione sacræ Consultationis suffragium
 tulit: Regnante autem Clemente X. de
 hujus Viri dexteritate convicto, Co-
 rinthi Archiepiscopus dictus, ad Po-
 loniæ Regem Nuntius Apostolicus de-
 cernebatur, ubi non modo præfatum
 Regem ad arma contra Turcas capef-
 fenda, sed etiam Magnum Moscorum
 Ducem ad fædus cum Cæsare contra
 eosdem pangendum feliciter incitavit,
 hancque in rem in Grodnensi conventu
 orationem latinam ibidem typis im-
 pressam, & italo sermone Venetiis re-
 eusam cum summo applausu habuit.
 Inde Romam revocatus, ab Innocen-
 tio XI. S. Immunitatis Congregationi
 & ab Innocentio XII. Congregationi
 sacræ Consultæ a secretis nominatus,
 & Patriarchæ Jerosolymitani titulo de-
 coratus, exiguum plane tot merito-
 rum, laborumque præmium tulit: de-
Hist. Eccles. Tom. LXLX. T t fer

Sæc. XVIII fervercente autem novercantis fortunæ
A. C. 1717 invidia tandem a Clemente XI. Romanam Purpuram obtinuit, quam tamen haud otiose gestavit; quippe variis Congregationibus assidue interfuit, & nulla favoris ratione habita, nullique exterorum Principum parti adhærens, solius æquitatis studiosus crebra suæ prudentiæ ac veteranæ experientiæ specimina edidit: Demum annis, laboribusque confectus, Romæ die vigesima octava Septembris extremum obiit diem in gentilitio Sacello Ecclesiæ ad S. Augustinum tumultus: Expleverat annum ætatis suæ octogesimum quartum.

§. XLV.

Nicolai Grimaldi Cardinalis decessus.

Sequentis Mensis die vigesima quinta fati cessit Nicolaus Grimaldus origine Genuensis, & Neapoli natus. Hic Romam studiorum causa missus, incredibili rapiditate, ac sciendi ardore scientias pene omnes affecutus, non Jurisprudentiæ laurea ornatus, Curie Romanæ Præsulibus accensus est. Ad graviores Ecclesiasticæ dignitatis Magistratus illum meritorum præstantia evocante, pluribus civitatibus datus Governator, solertiam & in rebus gerendis haud vulgarem exhibuit dexte-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

dexteritatem: unde ad majora pro-
 vectus, Congregationibus Immunitatis
 & Episcoporum a secretis esse meruit.
 His officiis per plures annos summa
 cum laude defunctus, a Clemente XI.
 inter Cardinales cooptatus est, aliis-
 que Congregationibus adscriptus, Bo-
 noniæ Legatus de latere dictus est.
 Fervente autem bellico tumultu Cæsa-
 reis copiis annonam denegari præce-
 pit, minimamque violentiam ferro &
 flamma vindicaturum se, comminatus
 est: ast Pontifice mitiora suadente,
 & Cæsareis nullam hostilitatem infe-
 rentibus, exactiones mutuo consensu
 temperatæ sunt. Postquam vero res
 in apertum bellum Cæsarem inter &
 Papam prorupit, Grimaldi sedulitas
 ad inhibendas hostium excursiones, &
 Bononiam ad sustinendam obsidionem
 intenta emicuit; quippe omnibus ur-
 bis portis, exceptis quatuor, muro ob-
 structis, sex præfidiariorum millia im-
 posuit, & Germanis transitu per urbem
 interdicto, neminem sine publicæ fidei
 literis admisit, aut Neapolin pergere
 concessit, urbemque prægrandibus fos-
 sis, & circumpositis sepimentis muniri
 iussit. Hos tamen apparatus pax inter
 belligerantes inita irritos reddidit, &
 Grimaldus multo ære in pauperes pro-
 fuso Bononia Romam rediit, ubi anno

T t 2

æta-

Sæc. XVIII. ætatis suæ septuagesimo tertio natura
 A.C. 1717. debitum solvit, sepultus in Ecclesia
 Capuccinorum. Caverat testamento,
 ut vigesies mille Sacra pro ejus anima
 a PP. Augustinianis, Carmelitis, Do-
 minicanis, & Franciscanis offerrentur.

§. XLVI.

Emanuelis de Arias Cardinalis fata.

Cimarol.
mem. Mundi
pag. 767.

Inter celebriores sui ævi Cardinales
 merito recensetur Emanuel de Ar-
 rias & Porres in oppido Alexos Val-
 doletanæ Diæcesis in Castella veteri ex
 nobilissimis Parentibus natus. Hic
 inter pietatis exercitia adolescens, ad
 liberales artes, necnon ad Mathesin &
 utriusque Jurisprudentiæ studium ani-
 mum eo feliciter applicuit, quo excel-
 lentiores juris Doctores ac Professores
 incredibili sua cum voluptate adire li-
 cuit. Ast bene cæptum studiorum cur-
 riculum interrupit Patris sui mandatum,
 quo inter Equites Jerosolymitanos co-
 optatus Melitam contendere iustus,
 maritimas expeditiones obibat: Nec
 tamen propterea in hoc Juvene deser-
 buit discendi ardor; quippe reliquum
 tempus sedulo Philosophicis, & Theo-
 logicis studiis impendit: Raphaele au-
 tem Cotonero in Magnum Ordinis Ma-
 gistrum electo, Emanuel ob suam pro-
 den-

dentiam, nominisque celebritatem ma- Sæc. XVIII.
 ximi habitus, universi Ordinis Jero- A. C. 1717.
 lymitani Vice - Cancellarius renuntia-
 batur, prædixit commenda de *Bena-*
vente, & alia *del Viso & de Tevenes* au-
 ctus: cum ergo per plures annos ma-
 xima Imperii potestas penes Emanue-
 lem fuisset, hinc in meriti præmium
 pinguioribus redditibus, & *magnæ Cru-*
cis dignitate honorabatur: dimissis
 tamen hisce muneribus Madritum re-
 versus est, ubi a Carolo II. Hispania-
 rum Rege Orator ad Lusitanos designa-
 tus, hanc dignitatem non acceptavit,
 eoquod vitam Ecclesiasticam amplecti
 statuisset: Eodem igitur adhuc Anno
 1690. Sacerdotio initiatus, Castellæ
 Magni Prioratus locum tenens renun-
 tiabatur, ac totius Ordinis Orator ad
 Hispaniæ Regem decretus, Regii ac
 supremi Consilii Castellæ Gubernator
 renuntiatus est, & quamvis oblatas di-
 gnitates constanter recusaret, ad prima
 tamen Regni subsellia etiam ab ipso
 Philippo V. Rege extollebatur: tan-
 dem vero solitudinis, & privatæ vitæ
 studio expugnatus, importunis tam-
 que enixis precibus Regem fatigabat,
 ut publica Regni officia, quibus one-
 rabatur, dimittere permetteretur. Va-
 cabat tum Hispalensis Archiepiscopa-
 tus, quem ad Regis nominationem
 T t 3 obti-

Sæc. XVIII. obtinuit, at ubi Pastoralis suo muneri
A. C. 1717. naviter incumbere, atque ad Ecclesiam
 sibi commissam properare meditabatur,
 intimum ejusdem Regis Consiliarium
 agere jussus est. Tum vero Emanuel,
 ut ab hoc onere eximeretur, extremos
 adhibebat conatus, ipsumque Regem
 per quicquid sanctum sacrumque esset,
 obsecrabat, imo & increpabat, eoquod
 contra fas, Canonumque decreta Epi-
 scopum a sua Diœcesi abesse fineret:
 Frustranæ autem erant Emanuelis pre-
 ces; Rex enim non modo per Uxedæ
 Ducem suum in Aula Romana Lega-
 tum, sed per literas etiam proprio chi-
 rographo datas a Papa efflagitabat, ut
 Archiepiscopus saltem ad tempus a re-
 sidendi lege eximeretur. Tergiver-
 sante autem Pontifice Philippus Hi-
 spaniæ & Ludovicus Franciæ Reges,
 & Regina Maria Ludovica a Sabaudia
 iteratis literis eundem rogabant, ut
 inexpectato etiam Pontificis responso
 Hispali Madritum ad Regis Aulam ve-
 niret: accessit etiam Pontificis indul-
 tum; unde Emanuel Aulam accedere
 jussus, in gravibus belli aliarumque ca-
 lamitatum procellis fidum Regis Nau-
 clerum egit: paulopost tamen ad suam
 Diœcesin reverti permissus, velut ex
 exilio aut carcere ad suam Ecclesiam
 convolavit. Tum vero cunctis exemplis
 potius

potius quam imperio prælu-
 cens, ferme quotidie sacrum
 singulari pietate celebrabat,
 magnamque diei partem sacris
 precibus & utilium librorum
 lectioni consecrans, reliquam
 temporis partem pascendo suo
 gregi insumebat, sæpius
 ipsemet vastissimam suam
 Diæcesin lustravit, selectisque
 Viris virtute & scientia
 præstantissimis frequentes
 de rebus Ecclesiasticis
 consultationes instituit,
 Judices insuper integerrimos
 pro causis in sua Curia
 decidendis vel Ecclesiasticorum
 moribus inquirendis ac-
 cessit: minime vero pauperum
 oblitus, ingentem pecuniæ vim
 in eos effudit, ac præcipue
 anno hujus sæculi nono gregem
 suum annonæ caritate pressum
 largissime adjuvit, Ecclesiam
 Collegiatam ad S. Salvatorem
 ampliavit, perfecitque: Cænobium
 Monialium Cappucinarum,
 Ecclesias Parochiales SS.
 Julianæ & Luciæ instauravit,
 ampliavitque Collegium
 Jesuitarum. Aliud vero
 Collegium pro puellis nobilibus,
 sed pauperie laborantibus
 ex integro extruxit, atque
 immensis pene sumptibus
 Sacellum, in quo Eucharistia
 asservatur, exornavit: Paucis,
 quæcunque Ecclesiæ suo ævo,
 atque in sua Diæcesi fuere
 restauratæ, vel extrui cæptæ,
 decorem suum Archiepiscopi
 hujus liberalitati debent.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1717.

T t 4

Quin-

Sæc. XVIII. Quinimo pia ejus magnanimitas, cum
 A. C. 1717. sese intra Diæcesis limites ultra continere
 haud posset, ad ipsam etiam Africanam
 sese extendit, ubi collapsa Septæ nosocomia
 instauravit, auxitque, & in varias sacras ædes
 sexcenties sexaginta ducatorum millia impendit.
 Tot ergo virtutibus ornatum Præsulem ad Hispani
 Regis nominationem Clemens XI. sacra Purpura
 ornavit, quæ tamen dignitas Emanuelli novos
 addidit stimulos, ut Pastorales suas sollicitudines,
 ceteraque in gregem suum amoris, charitatisque
 officia ingeminaret, cum autem ob grave senium,
 totque laboribus extenuatas vires mortem sibi
 propinquam ominaretur, die vigesima quinta
 Octobris anno hujus sæculi decimo quarto
 Testamentum condidit, in quo præter præclara
 in pauperes, piosque usus legata ex asse hæredem
 instituit Collegiatam Ecclesiam de Xerez, cujus
 fabricam jam antea ingenti sumptu inchoaverat.
 Demum vero die decima sexta Novembris non
 sine maximo, præcipue pauperum luctu octogenarius
 piissime in Domino obiit, sepultus in Metropolitana
 sua Ecclesia. Princeps erat ingenio acer, eruditione
 vastus, prudentia conspicuus, pietatis vero, Divinique
 timoris cultor eximius, fortuna suffragante primas
 consecutus de

gnitates, nunquam sine merito & vir- Sæc. XVIII.
tute, semper tamen cum humili re- A. C. 1717.
pugnancia. Fervida erat indole ac ve-
hementi, quam tamen virtus semper
ab iracundia, severitate, & minarum
terrore cohibuit.

§. XLVII.

*Ferdinandus Nuptius del Orto seu
Hortanus Cardinalis fatis
fundus.*

Postremus inter Cardinales, qui hoc
anno ultimum vitæ suæ diem clau-
ferunt, erat Ferdinandus Nuptius ab
Horta civitate, ubi natus erat, dictus
Hortanus. Hic novennis a Matre sua
Romam delatus, suoque Patre præ-
fatæ Urbis cive jamjam orbatus, in
humanioribus literis præcipue in arte
Poetica tam egregium fecerat progres-
sum, ut ad quemvis ferme occurrentem
eventum apposite veterum Poetarum
versus e memoria recitare assuetus,
ipsum Clementem XI. qui ex Proto-
medici sui consilio stipulas in agris com-
puri, vetuerat, recitatis ex Virgilio
versibus in conflagratarum utilitatem
compositis ab hoc proposito amoveret:
Sacrationibus postea disciplinis animum
adjiciens, brevi optimus Caussarum
Actor audiebat, gravissimasque Curæ

Sæc. XVIII. Romanæ caussas forenses summo cum
A. C. 1717. applausu agebat. Hac meritorum glo-
 ria excitatus Innocentius XII. eum pri-
 mo Commissarium Cameræ Apostolicæ,
 postea Canonicum Vaticanæ Basilicæ
 dixit, ac demum ferme ad omnes Ro-
 manæ Urbis Magistratus adhibitus est,
 mortuo enim Alexandro VIII. a sacro
 Purpuratorum Collegio Generalis Ca-
 meræ Thesaurarius, & ab Innocen-
 tio XII. sacræ Congregationis Concilii
 Secretarius & Inquisitionis Universalis
 Inquisitor, ac demum a Clemente XI.
 Cameræ Apostolicæ Clericus, & An-
 nonæ Præfectus nominabatur, pluri-
 busque Congregationibus adscriptus,
 tot laborum per plurimos annos exan-
 tatorum præmium haud aliud tulit,
 nisi tardam Cardinalitiæ dignitatis spem,
 nullam tamen aliam mercedem exopta-
 vit, quam ut sui neglectu patienter to-
 lerato, cæptum honoris, laboris, in-
 tegræque cursum feliciter profequi
 posset: Tandem vero erudito suo cala-
 mo viam ad dignitates dudum prome-
 ritas præter expectationem sibi aperuit,
 tam elegantem enim *de Agri Romani*
cultura dissertationem typis ediderat,
 ut Clemens XI. justus eruditorum æsti-
 mator, hujus Viri meritis permotus,
 eum Pro Thesaurarium Generalem
 nominaret, variisque Congregationibus
 præ-

præficeret, eumque per omnes Romanæ Urbis Magistratus, (quod raro admodum evenit) tentatum, probatumque, demum biennio ante ejus obitum inter Cardinales retulit, tota plaudente Urbe, cujus vota jam dudum hujus Viri laboribus, doctrinæ, inculpatisque moribus præmium destinaverant. Gerebat titulum Nicæni Archiepiscopi, & postea Episcopatus Urbevetano admotus, die prima Decembris anno ætatis suæ septuagesimo tertio inchoato ibidem decessit, tumulatus in Ecclesia Cathedrali Urbevetana.

§. XLVIII.

Facultatis Parisiensis declaratio doctrinæ circa charitatem Dei.

Quanto Zelo, aut potius vindictæ studio quidam Parisinæ Facultatis Theologicæ Doctores anno priori Joannis Baptistæ Magistri de Roux doctrinam impugnarint, jam supra recensuimus. Nec tamen hac censura contenti, insuper oppositam doctrinam velut Facultatis Parisinæ propriam die vigesima secunda Julii proposuerunt, typisque vulgatam die prima Augusti confirmarunt. Erant autem illius articuli sequentes.

Disi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Du Pin Hist.
Ecel t 4.
pag. 446.
Vid. supra
pag. 359.

XVIII.
o cum
am glo-
am pri-
tolicæ,
Basilicæ
nes Ro-
tus est,
a sacro
lis Ca-
nocen-
Concilio
verfalis
nte XL
& An-
pluri-
criptus,
exant-
talit,
isloem,
exoptæ
nter to-
ris, in-
rosequi
o calæ
prome-
perant,
Roman
siderat,
m æffi-
motus,
heralem
ionibus
præ

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

Diffipatis errorum tenebris, ut Christianæ veritates non modo exponantur, sed & in sua puritate conserventur, S. Facultas declarandum censuit, quænam sit illius doctrina circa præsentem materiam. Eam vero esse a Majoribus haustam tam firmiter sibi persuadet, ut eam ab omnibus suis defendi, tradique præcipiat.

I. Docet Facultas, Christianorum cordibus sedulo inculcandum, quod præceptum de dilectione Dei, ut ait S. Augustinus, *divinitus sit constituta regula: diliges, inquit, proximum tuum sicut teipsum, Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa, quæ consistunt cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit.*

II. Quod metus gehennæ etiam supernaturalis, quamvis sit bonus & utilis, non excludat affectum peccandi, nec in adultis ad justificationem etiam in Pœnitentiæ & Baptismi Sacramentis sufficiat, sed præter hunc timorem

ac fidei & spei actus etiam requiratur Sæc. XVIII. A. C. 1717.
 amor Dei, quo illum incipimus dili-
 gere *tanquam fontem omnis justitiæ*, ut
 ait Trid. Concilium.

III. Quod hic amor tendat ad Deum
 tanquam infinite bonum in se, & qua-
 tenus est supremum nostrum bonum,
 quæ duo motiva complectitur charitas,
 prout est tertia virtus Theologica: Hæc
 veritas in S. Scriptura clare contine-
 tur, & eam docuerunt sancti Patres.

IV. Quod solo hoc amore voluntas
 nostra convertatur ad Deum & aver-
 tatur a creaturis.

V. Quod amor Dei super omnia,
 qui est actus charitatis saltem initialis,
 requiratur in adultis ad obtinendam
 peccatorum suorum remissionem in Sa-
 cramentis Pœnitentiæ & Baptismi.

VI. Denique Facultas docet, quod
 si contritio per charitatem sit perfecta,
 & hominem Deo reconciliat, antequam
 actu Pœnitentiæ Sacramentum recipiat,
 hæc tamen reconciliatio non sit adscri-
 benda contritioni sine voto Sacramenti,
 quod in ea includitur.

Hanc Parisinæ Facultatis declara-
 tionem Rhemenfis, Nannetensis & Ca-
 domensis Facultates Theologicæ non
 modo adoptarunt, sed etiam Parisiensi
 datis literis gratulabantur, quod tam au-
 thentica declaratione veritatem pro-
 pugnarit.

§. XLIX.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

§. XLIX.

*Plures Clementis XI. Constitutiones
atque epistolæ ad diversos.**Epist.**Clem. XI.**pag. 2210.**Salmon hist.**D'Angl. t. 2.**pag. 126.**Theatr. Eu-**rop. t. 21.**pag. 490.**Hist. Cont.**Chron. l. 16.**pag. 57.*

Postquam Carolus Josephus Lotharingæ Dux atque Archiepiscopus & Elector Trevirensis decesserat, Canonici Metropolitanæ hujus Ecclesiæ Franciscum Ludovicum Palatinum Comitem Wormatiensem Episcopum in Successorem postulabant, quamvis autem multæ, eæque gravissimæ obstant difficultates, Pontifex tamen spectatis præfati Francisci virtutibus, ejusdem postulationem admisit, datis hunc in finem ad eum literis die secunda Januarii, proin etiam hic Princeps die octava Februarii in Archiepiscopum Trevirensis electus est. Datis etiam die vigesima sexta Februarii literis Augustum Poloniæ Regem excitabat Pontifex, ut pacificatione ex omnium Regni Ordinum consensu stabilita, generosum suum animum ad bellum contra Turcas susceptum convertere velit. Eodem tempore nuntiatum erat Pontifici, quod Liparitani Piratæ Catholicis Mercatoribus Armenis non levis pretii merces ante triennium injuste eripuerint, et in istis tribunalibus hæc præda, quam binis sententiis tanquam injusta proin resti.

restituenda fuerit declarata, eam ta- Sæc. XVIII.
 men Benedictus Mauri horum Pirata- A. C. 1717.
 rum Dominus adhuc detineat, hinc
 Pontifex ab his Mercatoribus interpel-
 latus, Raymundum de Perellos Ma-
 gnum Melitenfium Magistrum die pri-
 ma Martii sollicitabat, ut Benedictum
 Pisanum, ad quem utpote generum
 suum Benedictus Mauri per fraudem
 has merces transtulit, ad earum resti-
 tutionem autoritate sua compellere
 velit.

Contigerat sub idem tempus, quod
 Simon Rochet Prioratum S. Simonis
 de Mothe olim Dolensi Jesuitarum Col-
 legio unitum sibi a Papa concedi obti-
 nuerit, imo etiam alii quidam Gallix
 Proceres a summo Pontifice peterent,
 atque impetrarent, ut alia quædam be-
 neficia Ecclesiastica tam sæcularia quam
 regularia, quæ diversis Jesuitarum Col-
 legiis Gallicis pro sustentatione Profes-
 sorum ad erudiendam juventutem de-
 stinatorum auctoritate Apostolica in per-
 petuum fuerant unita, eis pleno jure
 adjudicarentur tanquam vacantia: cum
 autem Jesuitæ demonstrarent, quod hi
 Proceres hæc beneficia tanquam ad-
 huc vacantia, licet ab aliis indebite
 occupata essent, falso exposuissent, &
 subdole ea antiquitus ac Canonice unita
 dudum fuisse subticuissent, hinc Pon-
 tifex

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

tifex die sexta Martii ejusmodi collationes tanquam ipso jure nullas atque inefficaces declaravit, necnon Armando de Bazons Burdegalensi Archiepiscopo injunxit, ut hanc declarationem Philippo Aurelianensi Duci notam faceret, & prædictorum Collegiorum jura sarta tecta, ac inviolata servari curarent: id ipsum etiam Vice-Comiti Majori, Scabinis & Dolensi Consilio, commendavit. Sub idem tempus Caspar Ignatius Comes de Kunigl Brixiensis Episcopus iterato a summo Pontifice petierat, ut suum Episcopatum dimittere permetteretur: Equidem Pontifex Episcopum ab hoc proposito paternis monitis dehortari nitentur: cum autem Episcopus nondum ejus animum his rationibus pacari significasset, ac insuper Lotharii Moguntini Archiepiscopi atque Electoris officia implorasset, hicque pium Pontifici explicasset consilium, quod Episcopus, ubi voti compos efficeretur, suscipere decreverit, hinc Clemens Papa totum negotium peculiaris Congregationis judicio commisit: quoniam vero hæc censuit, nullam prorsus ab Episcopo afferri causam ex iis, quæ ex S. Canonum norma requiruntur, ut Episcopus a vinculo, quo Ecclesiæ suæ tenetur, absolvi posset, hinc Pontifex die

decima

decima tertia Martii datis literis Epi- Sæc. XVIII.
 scopum hortabatur, ut positis nimis, A. C. 1717.
 quibus exagitur, conscientiae scrupu-
 lis, Crucem, quam humeris ejus Do-
 minus imposuit, patienter bajulet: Nos
 quoque, addebat Pontifex, *Apostolicæ ser-
 vitutis sarcinam onerosissimam, periculo-
 rumque plenam inviti suscepimus, & in
 hac temporum acerbitate ægro prorsus ani-
 mo suslinemus. An non putas in tot, tan-
 tisque curis, & sollicitudinibus plane gra-
 vissimis, quibus assidue premimur, Nos e-
 tiam interdum tædere vitæ, & longe opta-
 biliorem Nobis videri illum pristinum sta-
 tum nostrum? Sed jugum, quod Divina
 Providentia ferre Nos voluit, non excu-
 tiendum Nobis, sed ferendum forti animo
 esse statuimus, quoad ei placuerit his Nos
 corporis vinculis exsolvere, Exemplum ita-
 que Nostrum Te sequi non pigeat.*

Cum Rheinfeldensis Principatus
 deficiente hærede Catholico ad Aca-
 tholicum non sine manifesto Religionis
 orthodoxæ detrimento devolveretur,
 solusque Guilielmus Princeps Hasso-
 Rheinsfeldensis Landgravius religione
 Catholicus ac Colonientis Canonicus
 superesset, hinc Pontifex ad ejus, nec-
 non Caroli Imperatoris preces indulgit,
 ut quamvis Subdiaconus esset, Matri-
 monium tamen cum quacunque Prin-
 cipissa Catholica, licite ac valide inire
 Hist. Eccles. Tom. LXIX. Uu possset,

Sæc. XVIII. possent, prolesque inde susceptæ om-
 A. C. 1717. nino legitimæ forent. Hanc in rem

Pontifex jam die vigesima septima Fe-
 bruarii Hieronymo Archiepiscopo Tar-
 sensi Apostolico ad Tractum Rheni
 Nuntio requisitam super hoc impedi-
 mento dispensandi facultatem concessit.

Receperat Pontifex literas a Ca-
 tholicis Anglis, qui se sub falso rebel-
 lionis obtentu a Magistratibus acerbi-
 sime vexari, deterrimis carceribus ab-
 sumi, vitæ, & exilii pœnis, bonorumque
 proscriptione affligi querebantur, fidem-
 que & Principum omnium Catho-
 licorum opem efflictim implorabant:
 eapropter Pontifex die secunda Aprilis
 Cæsarem, Hispaniæ Regem, Franciæ
 Regentem, & Principem Eugenium
 datis literis hortabatur, ut quibuscun-
 que poterint mediis afflictos holce Ca-
 tholicos prompte ac potenter iurare
 vellent: Nec omnino frustranea viden-
 tur fuisse horum Principum officia:
 quippe Georgius I. Angliæ Rex die
 vigesima sexta Julii omnes, Jacobo III.
 Regi adhærentes, exceptis quibusdam
 Proceribus, hucusque in vinculis de-
 tentos in libertatem asseri præcepit:
 eorum tamen potissimi a primis huius
 tumultus auspiciis adeo male habu-
 fuerunt, ut unanimi voto in carcerem
 detineri, quam ejusmodi libertate per-
 tinerent.

tiri maluissent, ita, ut Catholicis tam Sæc. XVIII.
 dire vexatis vix aliud, quam illud fle- A. C. 1717.
 bile relinqueretur solatium, quod haud
 benignius Episcopales etiam cum Pres-
 byterianis egissent, ac se invicem pu-
 blicis etiam in Concionibus lacefferint,
 idem etiam Angliæ Rex a Pontifice pe-
 tit, ut Jacobum, quem *Prætendentem*
 vocant, ex omnibus suis ditionibus
 emigrare jubeat, Pontifex vero, ut ob ca-
 ptum Peterbourgum offenso Regi satis-
 faceret, declarabat, se Legatum Bo-
 noniensem Cardinalem Orighium, in
 quem totam culpam conjecerat, offi-
 cio amoturum, cum autem Rex sibi
 nedum satisfactum diceret, & in Portu
 Mahonis quosdam Pontificis subditos
 in vinculis detineri juberet, donec plene
 satisfactum foret, hinc Papa in Medi-
 teraneo mari Anglicam invasionem ve-
 ritus, vicinas urbes valido præsidio mu-
 niri præcepit. Ea semper nempe est Se-
 ctariorum indoles, ut tolerantia gra-
 tiam, quam sibi a Catholicis ubique jure
 debitam esse, jamjam jactitant, concedi
 postulent, ipsi vero non modo Catho-
 licis cunctisque a sua secta discrepan-
 tibus antiquam fidei & bonorum pos-
 sessionem & jura permittere recusent,
 sed etiam eos, præcipue Religiosos om-
 nibus injuriis afficere certent: Eodem
 tempore, quo Philippus Francici Regni

Sæc. XVIII. Administrator pro innata sua benignitate Calvinistis indulserat, ut ob solam sectam ad triremes damnati liberarentur, Helveti Calvinistæ Pietistas atque Inspiratos, uti sese vocabant, carceribus, publicis virgarum suffigationibus, exiliis, mortisque pœnis insectabantur, caussati, quod hi Sectarii conscientie libertatem in eorum terris antea non habuissent, eorumque conversatione fideles facile seduci possent. Haud ab-
 simili Religionis entusiasmo abrepti Francofordenses, hoc anno Patres Cappuccinos e suo Conventu atque Ecclesia non sine manifesta ac insigni injuria expulerunt: quapropter Pontifex die vigesima tertia Aprilis Cæsarem enixe rogabat, ut sua auctoritate efficeret, quatenus his Religiosis abata redderentur. Seligebatur Andreas Het-
 cules de Fleury Forojulienis Episcopus, ut Ludovicum XV. Franciæ Regem optimis disciplinis imbueret; hic quoque datus ad Papam literis eidem rationem & methodum, qua hunc Principem in literis, & Christianis Regiisque moribus imbuiere suscepisset, perscripsit, eapropter a Pontifice, qui hanc methodum cum summa voluptate probaverat, die octava Junii promeritis laudibus honoratus est.

Jam supra meminimus, quod Pontifex apud Maximilianum Emanuelem Bavarizæ Electorem institerit, quatenus hic hæreditatem sibi ab Henrico Bavarizæ Duce pro juventutis institutione relictam Lincienti Seminario destinaret: cum autem idem Elector ex his pecuniis sexdecim florenorum milia seu octingentos florenos annui redditus hoc anno Ratisbonensi Seminario pro Catholicis Scoticæ Nationis Alumnis assignasset, Pontifex suam lætitiâ inde conceptam testaturus, die quarta Septembris paternas ad eundem dedit literas, simulque Leopoldum Lotharingiæ Ducem digna laude profecutus est, eoquod Lincienſe Seminarium tam largo pecuniarum subsidio auxerit, ut alius Nobilis Alumnus ibidem congrue educari valeat. Abundantiore adhuc gaudii sensu afficiebatur Pontifex Parthenii Amideni Archiepiscopi literis, qui eidem significabat, quod inquisitam detectamque ex sacris Conciliis, Patrumque testimoniis Orthodoxæ fidei veritatem agnoverit, ruptoque schismatis laqueo ad Romanæ Ecclesiæ finem reversus suæ erga Pontificem sacramque Sedem obedientiæ literas testes Romam miserit. Hunc ergo Pontifex die nona Septembris commendans excitabat,

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

Vid. supra
pag. 146.

Uu 3

ut

Sæc. XVIII. ut omni adhibito studio oves suas ad
 A. C. 1717. Christi ovile reducere satagat.

Quam amplis facultatibus Pontifices
 jam Anno 1678. Vicarios Apostolicos de
 nominatim Clemens XI. hoc anno Vica-
 rium in Regnis Magni Mogoli, Golgonde
 & Idalcan constitutum ad septennium
 honorarit, jam retulimus, nunc die quina-
 ta Octobris Archiepiscopo Goano signifi-
 cabat, scilicet quod ei indulserit, ut ad
 omnes S. Ordines titulo Missionis quos-
 cunque idoneos, etsi alienæ Diœcesis,
 sine dimissoriis promovere possit, dum-
 modo promovendi jurent, se Vicario
 exacte parituros, & semper Missioni
 operam suam locaturos. Pariter eidem
 Archiepiscopo significabat, quod Vene-
 rabilem Fratrem Mauritium a S. The-
 resia Carmelitam Excalceatum, suis
 ita exigentibus meritis ad Episcopalem
 dignitatem Cathedralis Ecclesiæ Ana-
 stasiopolitanæ evexerit, & Apostolicum
 in dictis Regnis Vicarium deputarit;
 hunc ergo talem agnosci, ac honorifice
 haberi tum a præfato Archiepiscopo
 tam ab aliis præcepit Pontifex. Hujus
 vero Constitutionis & epistolæ ansam
 præbuit dissensio inter harum partium
 Administros atque Episcopos circa Ju-
 risdictionem: ut ergo Pontifex hæc
 dissidia, quæ jam a longo tempore
 Apostolicum Operariorum salem infir-
 tuabat,

tuabat, ab imis evelleret radicibus, Sæc. XVIII.
A. C. 1717.
 præfato P. Mauritio Episcopo ac Vicario dictam facultatem dedit, unacum potestate augendi Ministros, qui in ejus potestate essent. Quamprimum vero hæc Pontificis Constitutio in Indiis erat promulgata, æmuli deposita similitate, quam hucusque cum aliis Episcopis gerebant, palam impetunt Mauritium, novamque ejus potestatem elusuri in vulgus jactant (indigno quidem ausu, in Indiis tamen non insueto) vanam esse hanc facultatem in Monacho simplici, qui Episcopali charactere careret: Re autem comperta Pontifex præfatas literas ad Goanum Archiepiscopum, ceterosque horum Regnorum Episcopos dedit, & post damnatam impiorum, qui Mauritium Episcopum, & Carmelitas Excalceatos a Missionis loco deturbare tentabant, proterviam, putidamque calumniam, testimonium reddidit de collato Episcopatu ac munere Vicarii unacum facultatibus improbe ac dolose in dubium vocatis, quin imo Pontifex Mauritium novis adhuc facultatibus instruxit, illumque communivit præsidio Lusitani Regis Ministrorum ad reprimendam æmulorum audaciam: Nihilominus haud cessavit horum invidia, & quidam a fide transfuga Mauritium diu, incassum tamen, quæsit ad necem.

Sæc. XVIII. Denique ex Hieronymi Archiep-
 A. C. 1717. scopi Thessalonicensis Apostolici in Ne-
 polis Regno Nuntio literis Terracina
 datis compererat Pontifex, quod die
 vigesima nona Novembris præfatus
 Nuntius Pro-Regis mandato ex Ne-
 politana Urbe & Diæcesi intra viginti
 quatuor horarum spatium ac infra duos
 alios insequentes dies totius Regni fi-
 nibus excedere iussus esset, non alia
 causa allegata, nisi quod Carolus Im-
 perator & Neapolis Rex nullum am-
 plius Nuntium aut Collectorem Apo-
 stolicum, nullumque Tribunal aut Nun-
 tiaturæ Administros illic de cetero con-
 sistere velit: Eapropter Pontifex hæc
 in maximum Apostolicæ dignitatis &
 jurisdictionis detrimentum, manife-
 stam Ecclesiasticæ immunitatis viola-
 tionem, ac justitiæ contemptum ten-
 dere ratus, die duodecima Decembris
 querulas hæc literas ad Carolum Im-
 peratorem dedit: „Ubi hæc audivimus,
 „adeo nova, absorta, ac inverisimilia
 „Nobis visa sunt, ut fidem auditis vix
 „adhibere potuerimus. Quis enim un-
 „quam crederet, ea provenisse ab Au-
 „striaci nominis Principe: quod quidem
 „nomen, cum per se inclytum sit, in-
 „signe tamen in primis semper est habi-
 „tum propter studium pietatis, & requi-
 „tatis: propitium vero atque auspica-
 „tissimi

Vid. supra
pag. 632.
Epist.
Clem. XI.
pag. 2278.

„tissimum perpetuo fuit Ecclesiae, quae Sæc. XVIII.
 „certam in eo tutelam, validumque A. C. 1717.
 „inter difficultates, atque pericula præ-
 „sidium non semel invenit. Quis ea
 „admissa putaret ex mandato Cæsaris,
 „qui pro Persona, quam gerit, præci-
 „pui Advocati, ac Defensoris Eccle-
 „siae, nihil enixius curare tenetur,
 „quam ut jura Romani Pontificis, hu-
 „jusque sanctæ Sedis in Regno potissi-
 „mum, quod directo illius Dominio sub-
 „esse dignoscitur, integrâ prorsus, &
 „illæsa, factaque servantur. Quis de-
 „num arbitrari possit, ea gesta fuisse
 „jussu Majestatis Tuæ, quam Nos sin-
 „gulari ac vere paterna semper chari-
 „tate dileximus, ejusque assiduis, quoad
 „licuit, significationibus prosequi nun-
 „quam omisimus, imo, quam Deus
 „ipse nostris, & Christifidelium om-
 „nium precibus exoratus, tot præcla-
 „ris, omnique ævo celebrandis de ne-
 „fario Christiani Nominis hoste victoriis
 „nuperrime auxit? Minime propterea
 „dubitantes, ea omnia, licet Tuo in-
 „scripta nomine, non tamen ex delibe-
 „rata mente tua, sed ex illorum dun-
 „taxat pravorum hominum machina-
 „tione prodiisse, quibus Sacerdotii &
 „Imperii concordia invisa est, per cita-
 „tum Tabellarium acerbissimum his de
 „rebus animi nostri sensum Tibi signifi-

U u 5

„can-

Sæc XVIII. „candum existimavimus: plane con-
A. C 1717. „fisi, fore, ut advocata in consilium
 „ingenita religione, ac satis perspecta
 „æquitate Tua, mandes, ut iis,
 „quæ proxime innovata sunt, e me-
 „dio sublatis, Apostolicæ Sedis aucto-
 „ritas in locum, ex quo deturbata fuit,
 „quamprimum restituatur. Qua sane
 „ratione non modo optatissimum me-
 „rori nostro solatium afferes, verum e-
 „tiam cælestes illas benedictiones, quas
 „inclyti, piissimique Majores Tui non
 „imminutis, sed auctis potius, ac certo
 „custoditis Ecclesiæ juribus assecuti
 „sunt, Tibi similiter, quemadmodum
 „enixe cupimus, conciliare perges. Et
 „Nos ipsos eximes a necessitate, qua,
 „si secus accideret, tametsi inviti, ob-
 „stringeremur, ea fideliter exequenti,
 „quæ ministerium nostrum expolceret.
 „Memores siquidem sumus, sicut etiam
 „Te esse oportet, omnes homines, qua-
 „cunque demum dignitate præfulgeant,
 „constituendos esse aliquando ante for-
 „midandum illud Tribunal, coram quo,
 „tum qui fecerint opus suum negligenter,
 „tum qui tradita sibi potestate ab-
 „usi fuerint, justi Judicis iram non e-
 „vadent, *declinantes enim in obligationem
 adducet Dominus cum operantibus iniqui-
 tatem &c.* „

Eadem

Eadem etiam die Pontifex literis ^{Sæc. XVIII.} suis Principem Eugenium rogabat, ut ^{A. C. 1717.} quæ contra debitam Apostolicæ Sedi reverentiam & contra omnem æquitatem in præfato Regno admiffa fuiffent, congrua ac celeri reparatione emendari curret. Die autem septima Maij Pontifex illis Christi fidelibus, qui Ecclesiasticum interdictum in Diæcesibus Catanienfi, Agrigentina & Liparenfi Apostolica auctoritate appositum inviolate observant, & deinceps observaturi sint, indulgentias plenarias concessit.

Cum Sabaudix Ducis Ministri in ducatu Sabaudix & Principatu Pedemontii incolas locorum Montefixæ, Cisternæ & Cortfanæ Astensis Diæcesis, quorum directum & supremum Dominium Pontifex ad se & Sedem Apostolicam competere contendebat, ad recognoscendum Ducem in supremum Dominum compellere, insuperhabitis, ut vocant, monitoriis, pergerent, eosque in dies gravioribus molestiis, oneribus, exactionibus, novisque edictis ac pœnis afficerent, hinc Pontifex ex Pii V. Pauli V. & Alexandri VII. Constitutionibus, aliisque rationibus die vigesima Octobris comprobatum reddidit, hæc loca ad Ecclesiam Astensem pertinere, & supremo Pontificis & non alterius Principis Dominio subesse: proin editum

Sæc. XVIII. actum recens editum omnino nullum
 A. C. 1717. esse declaravit, præfatisque Vasallis
 injunxit, ne Sabaudia Ducem in su-
 premum Dominum recognoscant, aut
 ei ullum subjectionis actum vel contri-
 butionem præstent, Ministri vero ad
 dicendam causam Romæ compareant,
 quibus tamen non parentibus omni-
 ab eis acta fuere declarata tanquam
 irrita, & ipsi publice excommunicati.
 Denique cum serenissimus Regni Regens
 hæc verba *sine necessitate* suæ quidem de-
 clarationi primum addita falsus fuisset,
 id tamen minime *se inscio* sed post ma-
 turam deliberationem ejus jussu hanc
 mutationem factam esse publicis literis
 die decima septima Augusti testaretur,
 rectamque suam intentionem manife-
 stasset, Pontifex hunc articulum in suis
 literis die septima Decembris ad Re-
 gentem datis minime tangere statuit.

§. L.

*Diversæ sacrarum Congregationum
 decisiones ac decreta.*

*Bull. Clem.
 XI. Part. 3.
 Const. 27.*

His adjungimus etiam quasdam sa-
 crarum Congregationum Romanæ
 decisiones, & quidem S. Rituum
 Congregatio die duodecima Januarii
 annuente summo Pontifice concessit,
 ut deinceps in memoriam insignis li-
 beratio-

berationis Civitatis & Insulæ Corcy Sæc. XVIII.
 rensis a Turcarum obsidione, recitari A. C. 1717.
 possit die decima quarta Decembris sub
 ritu semiduplici officium S. Spiritus
 cum lectionibus secundi Nocturni pro-
 priis ab omnibus conditionis Venetæ Chri-
 stifidelibus utriusque sexus: Constru-
 xerant Neapoli quidam Ecclesiastici sca-
 lam sanctam, & Indulgentias ascenden-
 tibus & descendentibus esse annexas,
 ex communicatione privilegiorum, aliis-
 que conjecturis & argumentis decla-
 rare nitentur: moto autem desuper
 dubio, an sit permittenda ejusmodi
 scala & an pro omnibus illam frequen-
 tantibus adsit Indulgentia? S. Concilii
 Congregatio respondit negative, nisi
 ad hunc effectum exhibeatur clarum
 & literale Pontificis indultum, quale
 PP. Theatini Salisburgi 1713. 25. Sept.
 & Monachii ab Innocentio XI. & Ca-
 nonici Regulares S. Augustini Pragæ a
 Clemente XI. 1712. die vigesima quinta
 Januarii obtinuerunt; ubi ergo ejus-
 modi Indultum exhiberi non potest,
 lapis cum inscriptione seu denuntia-
 tione talis Indulgentiæ amoveatur.
 Jam sæpius diversorum Ordinum Mo-
 niales sacræ Rituum Congregationi sup-
 plicabant, ut earum Confessarius & Ca-
 pellani valeant celebrare Missas Sancto-
 rum, de quibus præfatæ Moniales Of-
 ficium

Sæc. XVIII. ficium ea die recitant: id ergo an-
 A. C. 1717. nuente Clemente XI. die prima De-
 cembris generali decreto concessum,
 ita tamen, ut non Missas proprias, sed
 in Missali Romano de Communi assi-
 gnatas dicant.

Jam ab antiquissimo tempore Mo-
 doetiæ in Ecclesia Collegiata S. Joan-
 nis Baptistæ asservabatur Corona fer-
 rea, quam uno ex clavis Domini Nostri
 Jesu Christi in laminam seu *circulum*
 compactam fuisse, traditio ferebat, hu-
 jus tamen cultum Anno 1687. Tanch-
 redinus Visitator suspendit, donec Me-
 diolanensis Archiepiscopus aliter de-
 creverit, hoc vero ad Sedem Apo-
 stolicam recurrendum esse declarante,
 Modoetienses siluerunt: hoc autem an-
 no Cardinalis Ptolomæus hæc dubia
 a S. Congregationis Consultoribus de-
 cidenda proposuit, & quidem I. An
 Capitulum hanc Coronam cum aliis re-
 liquiis retinere valeat, & responsum
 affirmando. II. Utrum etiam possit
 eam publicæ venerationi in Altari ma-
 jore exponere, & processionaliter cir-
 cumferre, & S. Congregatio Rituum
 die septima Augusti respondit negando.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. LI.

Principes atque Illustres Viri hoc anno defuncti.

Nec hoc anno mortis invidia Viri generis Nobilitate, & virtutum præstantia inelytis pepercit. Hos inter primus occurrit Silvius Cavallierius Atheniensis Archiepiscopus, qui Congregationi de *Propaganda Fide* a seoretis erat. In Helvetia vero Leodegarius ex Familia Burgisseria Lucernæ natus S. R. J. Princeps, Comes & Dominus Toggenburgi in princiali Monasterio Abbas S. Galli post inhumanas, gravissimasque vexationes a Calvinistis illatas, post quinquennale exilium, & iniquam suæ Ecclesiæ, Abbatix, ac ditionum deprædationem forti animo toleratam tandem ad pacem æternam transiit, hoc adhuc anno die decima nona Maij paternis Papæ literis honoratus, quibus ei Pontifex ob sacrilegia in ejus Ecclesia ab Heterodoxis admissa dolorem testatus, certiozem reddidit, quod Caroli Cæsaris & Philippi Gallici Regentis opem impense imploravit. Obiere insuper Comitissa Sueffionis, quæ post Mariti sui Ludovi Sabaudix Principis in Landaviana obsidione trucidati decessum ad Monasterium Monia-

Epist. Clem XI. pag. 2242. i

nia-

Sæc. XVIII. nialium, cui *Belle Chaise* nomen, se con-
 A. C. 1717. tulit, & reliquos vitæ suæ dies usque
 ad extremum halitum ibidem pie trans-
 egit: Viennæ in Austria obiit Dux Nea-
 politanus de Matalonè S. R. J. Princeps
 S. C. M. Consiliarius intimus, in An-
 glia ex morbillis Argillæ Ducissa, Græ-
 cii Eggenbergius Princeps ultimus sui
 stemmatis. Genuæ Antonius Grimal-
 dus Reipublicæ Dux anno ætatis se-
 tuagesimo tertio: Parisiis Ducissa de
 Joyeuse & Ducissa de Duras, Chri-
 stianus II. octogenarius Comes Pala-
 tinus Rheni lineæ Birckenfeldensis, die
 secunda Maij Eugenius Holfatiæ Prin-
 cept, die decima tertia ejusdem Men-
 sis Philippus II. Hassiæ Landgravius,
 Anna Sophia Saxonæ Electoris con-
 jux Friderici III. Daniæ Regis Filia,
 Carolus Princeps Mansfeldius ex epi-
 lepsia, die nona Julii Comes de la Mar-
 che Princeps Regii sanguinis Contii
 Principis Filius, Susanna Elisabetha
 Alberti Ducis Saxo - Coburgensis Vi-
 dua, & Devlet Gheret Chamus Tar-
 tarorum, cui ejus Frater Sadet Ghe-
 ret successit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. LII.

*Opera & obitus Scriptorum religione
Catholicorum.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc anno fati cessere, magnum sui defiderium reliquit Philippus della Torre Patavinus Doctor a Clemente XI. die sexta Februarii in Adriensem Episcopum nominatus: Edidit monumenta veteris Antii oppidi. Taurobolium antiquum, dissertationem de annis Imperii M. Aurelii, & de Consulatibus Justini Senioris, Epistolam ad Clerum & Populum Adriensis Diæcesis, tractatus de lino incombustibili, de vermibus hominum, de Deo Baleno, Epistolam ad Joannem Astorium de Nummo Annæ Faustinae, epistolam circa morbum & mortem Horatii Albani Clementis XI. Fratris Germani præter plures alias epistolas & poemata. Obiit Rhodini sexagenarius, die vigesima quinta Februarii. II. Paulus Rabusson Cluniacensis Ordinis Monachus & Generalis Superior, scripsit commentarios in Epistolas D. Pauli, Psalmos, & Cantica, necnon tractatum de jure electionis Abbatis Cluniacensis, & Breviarium Cluniacense: Decessit die vigesima tertia Octobris in Abbacia S. Martini

*Niceron t. I.
pag. 311.
Acta erudit.
Novv. lit.
Jul. 1718.
Journ. des
Scav. Aug.
Bibl. Bened.
Maur. Pex.*

Hist. Eccles. Tom. LXIX. X x

Sæc. XVIII. A.C. 1717. tini de Campis annos natus octoginta tres. III. Franciscus de Callieres, qui die quinta Martii anno ætatis septuagesimo secundo Parisiis fatis functus publici juris fecit Historiam de bello recens declarato contra antiquos & novos Literatos, tractatum de bene & male loquendo, de usu facetiarum, de facetiis veterum & modernorum, de modo agendi cum Principibus, de scientia mundi & cognitione utili. IV. Marcus Battaglini Episcopus Cæsariensis, qui Ariminii expleto septuagesimo primo ætatis anno die decima nona Septembris calamum vitamque posuit, postquam posteris reliquerat inter ingenii sui monumenta Legistam Philosophicum, Historiam Universalem omnium Generalium & particularium Conciliorum, Annales Sacerdotii & Imperii Sæculi XVII. Instructiones ad Patrochos de modo annuntiandi Verbum Dei, & Exercitationes sacras. V. Joannes Martinay Ord. S. Benedicti Congregationis S. Mauri, qui septuagenarius in Monasterio S. Germani de Præatis apoplexia tactus obiit, & posteritati reliquit Apologiam textus Hebraici, & Chronologiæ Vulgatæ contra P. Pezronii librum de antiquitate temporum, continuationem hujus defensionis contra Isaacum Vossium, editionem

tionem novam operum D. Hieronymi. Sæc. XVIII.
 Theses in S. Scripturam huic editioni A. C. 1717:
 annexas, Vitam S. Hieronymi, Episto-
 lam ad Cousinum circa novam editionem
 S. Hieronymi. Eruditionis Hieronymia-
 næ defensionem contra Joannem Cleri-
 cum, Vulgatam versionem Evangelii
 secundum Matthæum, annotationes in
 Italiam ejusdem versionem, Tractatum
 de veritate & cognitione librorum S. Scri-
 pturæ. & continuationem primi hujus
 tractatus, Tractatum methodicum ex-
 plicandi S. Scripturam, Harmoniam
 Analyticam plurium sensuum S. Scri-
 pturæ, annotationes in Gallicam ver-
 sionem N. T. Novum Testamentum cum
 explicationibus literalibus, Prodro-
 mum Biblicum, Explicationem Psalmi
 LXVII. Tractatum de vanitate mundi,
 Vitam V. M. Magdalenæ a S. Sacra-
 mento Carmelitanæ Monialis. Respon-
 sum ad dissertationem in textum se-
 cundi libri D. Hieronymi, & respon-
 sionem ad Carrelum, & epistolam ex
 textu in præfatione ad Joelem. VI.
 Guilielmus Roussel ex eadem Congre-
 gatione, qui epistolas D. Hieronymi
 Gallice reddidit, & scripsit morum Re-
 gulas ex operibus præfati S. Doctoris,
 Parabat etiam Bibliothecam Histori-
 corum Gallorum, quod tamen opus
 morte præventus non absolvit. VII. An-
 dreas

Sæc. XVII. dreas Mastellonei Carmelita, edidit
A. C. 1717. quinque tomos sermonum Asceticorum & quatuor Dominicalium, & alios de SS. Sacramento, de Nativitate Christi & B. V. lectiones scripturales in Salvationem Angelicam, Ecclesiasticas in Lytania B. V. & canticum B. V. præter alia quamplurima. VIII. Guido Drapier Bellovacensis Parochus, qui calamum acuit contra Bullam *Unigenitus*, & Quesnellum edito libro defendit.

§. LIII.

Scriptorum A catholicorum opera & decessus.

Celebriores ex A catholicis scriptoribus hoc anno denatis sunt sequentes. I. Christianus Gottfridus Frankenstein edidit supplementum notarum ad Benjamin Priolum de rebus Gallicis a suo Parente factarum, introductionem ad Historiam Romano Germanicam, & ad Historiam Puffendorffii. Historiam Germanicam Sæculi XVI & XVII. Lavardini legationem, & vitam Reginæ Christianæ Sueciæ teutonice redditam. II. Joannes Becmann prælo subjecit Historiam orbis terrarum, commentarium de Equestri Joannitico Ordine, Historiam Anhaltinam & Francofordianam, notitiam Universitatis

sitatis Francofordiensis & dignitatum Sæc. XVIII.
 Illustrium, Analec̃ta Historica præter A. C. 1717.
 alia. III. Andreas Hochstetter edidit
 Collegium Puffendorffianum, librum
 de jure pœnarum, commentationes in
 Ludovicum Vives, introductionem ad
 Sapientiam, disputationes de statu na-
 turali, de festo expiationis, de Con-
 radino Sueciæ Duce, de pretio re-
 demptionis, de officiis erga defunctos,
 & alia nonnulla. IV. Lambertus Bos
 scripsit exercitationes in N. T. Vetus
 Testamentum ex versione LXX. descri-
 ptionem antiquitatum græcarum &c.
 V. Petrus Alix posteris reliquit Diatri-
 bam de mense & anno natali Christi,
 & scripsit contra Bossuetum. VI. Chri-
 stophorus Sontag publici juris fecit
 specimina Theologiæ mnemonicæ, he-
 cades hecadum in epistolas Joannis,
 animadversionem in fanaticismum ve-
 terem & recentiorem, de titulis Psal-
 morum, de moralitate legum ceremo-
 nialium & forensium, machinationes
 Religiosas, concordantias N. T. præter
 alia quædam. VII. Casimirus Oudin
 Apostata scripsit supplementum de Scri-
 ptoribus Ecclesiasticis a Bellarmino o-
 missis, commentarium de Scriptoribus
 Ecclesiæ antiquis, Opuscula Sacra ve-
 terum aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum,
 epistolam de ratione studiorum

Sæc. XVIII. suorum, & triaden dissertationum cri-
A. C. 1718. ticularum.

§. LIV.

*Monasteriensis Synodi Diœcesanæ
 decreta.*

Cancil. Germ.
 t. 10. p. 387.

ANNO hujus sæculi decimo octavo Fran-
 ciscus Arnoldus de Metternich Mo-
 nasteriensis Episcopus in Autumno die
 septima Octobris Diœcesanam habuit
 Synodum, in qua prohibuit, ne adul-
 torum sepulturæ in diem Dominicum
 & festivum differantur, si alio feriato
 die commode peragi possunt: inculca-
 bat etiam cunctis suæ Diœcesis Para-
 chis ac Curatis gravem obligationem,
 qua obstricti sunt, ut singulis Domini-
 cis, festisque diebus pro commisso sui
 grege S. Missæ Sacrificium offerant.

§. LV.

*Cardinalis Noaillii mala fides ergo
 summum Pontificem.*

Vid. supra
 pag. 547.

Lafiteau hist.
de la Const.
 t. 4. pag. 82.
 & seqq.

CUM Cardinalis Noaillius, ceterique
 Opponentēs haud ignorarent, quod
 Pontifex per suum Nuntium a Cardi-
 nalibus Rohanio & Bissy certior fieri
 postularit, utrum transumptum illud,
 in quo doctrinæ capita Romam trans-
 missa continebantur, exacte suo au-
 tographo

tographo, quod præsentibus Serenissimo Sæc. XVIII.
 Regente, Noaillo & Uxellio subscri- A. C. 1718.
 ptum erat, consonum esset, commissæ
 fraudis conscientia excruciatum nil in-
 tentatum, inausumque reliquere, ut
 nova pacis obstacula excogitarent, tan-
 demque tota continuatæ dissensionis
 culpa in Papam rejecta, Serenissimum
 Regentem ipsumque Regem contra Ro-
 manam Curiam concitarent. Eo fine
 Noaillius efflictim a Regente petebat,
 ut suæ acceptationis formula necnon
 doctrinæ capita a Pontifice approbanda
 Episcopis Acceptantibus non communi-
 carentur, totumque hoc negotium Ro-
 mæ agitandum illis omnino occultum
 servaretur: quamprimum vero suæ ac-
 ceptationis typus unacum doctrinæ ar-
 ticularum Romam ad Tremollium Cardi-
 nalem fuerat transmissus, illico ad eun-
 dem Cardinalem alias dedit literas, in
 quibus omnino petiit, ut Pontifex in
 sua Bulla explicativa circa *questionem*
facti silentium severissimum omnibus
 imponeret; rursus idem Noaillius ad
 eundem Cardinalem proprio chiro-
 grapho perscripsit, ejusmodi silentium
 imponi omnino esse necessarium: *cum*
enim, addebat ipse, probe prospexerim
in Acceptantium Instruktionem Pastoralis
novam questionem facti contineri: hanc au-
tem declinare, toto studio adlaborarim,

Vid. supra
pag. 558.

Xx 4

hinc

Sæc. XVIII. hinc præfatæ Instructioni adherere Anno
 A. C. 1718. 1714. detrectavi; quid enim prodest inqui-
 rere, in quonam sensu hæc Cl. Propositiones fuerint damnatæ, quid refert scire, an
 in sensu proprio, naturali, & omnibus ob-
 vio, vel an in sensu alieno, minusque pro-
 prio proscripctæ fuerint? nam in seipis
 & sejunctim a libro consideratæ id signifi-
 care possunt, quod cum antecedentibus &
 in libri textu subsequentibus collata hæc
 ultra significare queunt: Cur autem hæc
 tam instanter a Papa peteret, rationes
 allegabat, simulque Tremolio expo-
 nebat causas, ob quas Opponentes
 nullatenus velint, ut errores in Bulla
 Unigenitus indicati attribuerentur pro-
 scriptis propositionibus. Hæc Noail-
 lius eo machinabatur tempore, quo
 Regni Regentem impellebat, ut expli-
 cationes suo nomine a Papa peteret,
 easque dare Pontifex paratus erat. Hæc
 ubi inaudierat Pontifex, sibi adeo tur-
 piter illudi indignatus exclamabat:
 nunc vero manibus palpo, quod Appellantes
 meam Constitutionem nunquam sincere re-
 cepturi sint, etsi millies fidem suam obstrin-
 gerent, nunquam reflexionum librum reci-
 cient, nunquam errores ei attribui permit-
 tent; hunc scætum & propositiones inde ex-
 tractas ut a censura liberent, silentium circa
 quæstionem facti sollicitant. Qua fronte
 qua religione nunc Noaillius huic libro pe-
 tract-

Vid. supra
 p. ag. 546.
 & 546.
 Dorsann. l. c.
 pag. 380.
 & 392.

trōcinari potest: vel illum condemnare vult, Sæc. XVIII.
 tanquam perniciosis doctrinis scatentem, vel A. C. 1718.
 duntaxat, ut pacis amore illum fidelium
 manibus eripiat? si hoc postremum, nonne
 efficacius tranquillitatem procuraret, si hunc
 librum, quem antea proscripsit, nunc quo-
 que damnare pergeret? nonne suo hujus
 libri patrocinio illius lectionem fidelibus
 velut innoxiam persuadebit, fovebitque tu-
 multum? si vero ob latens venenum illum pro-
 scribere vult, cur censuras, quibus hic li-
 ber notatus fuit, tanquam injustas rejicit?
 Luculentius autem Pontifex subdolas
 Opponentium artes detexerat ex per-
 lectis Rohanii & Bissy Cardinalium li-
 teris, quibus eidem die decima nona
 Januarii significabant, quod Noaillius
 scriptum illud, quod doctrinæ articulos
 complectebatur, depravarit, vel sal-
 tem ab aliis depravari, dissimularit,
 necnon præfationem simul ac Conclu-
 sionem, quam ei Acceptantes Episcopi
 adjunxerant, omnino suppresserit; præ-
 terea doctrinæ summarium longe
 diversum esset ab eo, quod Noaillius
 Regenti exhibuerat, atque inter Ac-
 ceptantes & Opponentem convenerat, &
 præsentem Regente signatum erat: Insu-
 per Rohanius Cardinalis genuinum do-
 ctrinæ ab utriusque partis Episcopis
 approbatæ exemplar transmisit, illud
 vero Pontifici transmissum in viginti

Sæc. XVIII. quinque articulis fuisse adulteratum, A. C. 1718. ipsumque Regni Cancellarium de horum adulteratione coram ipso Regente authenticum testimonium dare compulsum fuisse, Pontifici significavit. Ad hæc stupore & silentio defixus hæc Pontifex, ne vero quid minus deliberatum ageret, gallicum, simul & latinum, quod erat adulteratum, doctrinæ scriptum aliis inter se conferendum tradidit. Hi vero post sedulam utriusque inspectionemprehenderunt, quod in gallico exemplari viginti duo articuli, qui in genuino desiderabantur, fuerint adjecti, decem alii vel truncati, vel omnino omitti, & alii sexdecim adulterati, proin quadraginta octo propositiones fuerint immutatæ, ac præprimis hæc verba: *Bulla im- nat hunc vel illum errorem, vel hanc vel illam propositionem, in exemplari adulterato ita posita fuerint: Sanctitas sua voluit, ut damnetur vel non damnetur error, vel talis propositio: vel ita: Creditimus, Pontificis mentem fuisse, hanc vel illam propositionem censuris notare vel non notare: nempe ut insinuaretur, Bullam esse obscuram, proin ad Pontificis mentem esse respiciendum, indeque concludendum, quid sua Constitutione stabilire vel damnare voluerit. Tam indigne Opponentibus Serenitate*

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

mum Regentem, qui certe cognita hac fraude negotiationem cum Papa in se non suscepisset, ludificarunt, suamque doctrinam, quam in postremis adhuc colloquiis eandem cum illa inter Episcopos conventa esse coram Regente affirmabant, a Pontifice per Bullam approbari petierunt: Nimis probrosum, & Episcopali caractere indignum erat hoc facinus, quin non hanc labem quaesitis diverticulis, atque effugiis a se amoliri, toto studio certarent: Spargebant igitur in vulgus, Noaillium omnino genuinum doctrinae exemplar unicum acceptationis suae formula Regenti, ejusque jussu etiam Uxellio tradidisse; hunc vero Marescallum fasciculum sibi a Noaillio traditum ad Cardinalem Tremollium misisse, eique significasse, ut antequam doctrinae scriptum Pontifici traderet, praefationem & conclusionem, quae Noaillianae acceptationis formulam complecteretur, abstraheret, Tremollium vero ex incuria totam primam partem, & de conclusione totum usque ad haec Verba: *His de causis*, separasse, exin vero Pontificem fraudis depravationisque suspicionem concepis-
 se, ipsum autem Uxellium fuisse factum, quod ipsius Secretarius unum folium alterius loco adjecerit. Paulo post aliud excogitarunt figmentum, spar-

spar-

Sæc. XVIII. spargentes, Iquod Uxellius tam Galli-
 A. C. 1718. cum quam latinum scriptum ad Tre-
 mollium miserit, ita tamen, ut hic
 Pontifici duntaxat Gallicum traderet,
 & duntaxat, si fors Pontifici gallicum
 non probaretur, aut latinum suæ Con-
 stitutioni inserere vellet, hoc quidem
 Pontifici consignaret, sed ita, ac si non
 Parisiis, sed Romæ fuisset concinnat-
 tum. Quantæ molis est, detectam
 fraudem novis mendaciis honestare.
 Verum mentita est iniquitas sibi; post-
 quam enim ipse Regens coram Uxellio,
 Rohanio & Cancellario hoc exemplar
 examinari iussit, deprehensum est, in
 multis, levioribus tamen, illud fuisse
 depravatum, præcipue vero in duo-
 bus gravioris momenti articulis, ubi
 usum, augmentum, & fidei præmium non
 hominis meritum, & præmium fructum
 meriti, non ipsum meritum esse, intro-
 sum fuit, & insuper ex Instructione
 Acceptantium duo articuli fuerint
 rescissi.

S. LVI.

*Singularis quorundam Franciæ Prae-
 sulum ardor in tuenda Con-
 stitutione.*

Abregé
 Chronol. de

Tot fraudes ac dolosæ Opponentium
 machinationes potissimis Franciæ
 Præ-

Præsulibus Religionis, veritatis, æqui- Sæc. XVIII.
tatisque studio incensis summopere sto- A. C. 1718.
machum movebant, atque inter eos

Apta - Juliensis Episcopus die secunda *v. Hist. Eccl.*
Januarii in sua Ecclesia Cathedrali *t. 3. p. 526.*

mandatum promulgabat, vi cujus sese *Dorsann.*
separabat a communione omnium, qui *Journal sur*
Constitutionem vel non acceptarunt, *v. Hist. de la*
vel acceptationem revocarunt: Postea *Const. t. I.*

contra Parlamenti Aquensis ausus de- *pag. 387.*
clamans, a Rege juniore ad Regem *Recueil des*
ætate majorem provocabat. Excusum *Pieces*

erat hoc mandatum Leodiensibus lite-
ris: Præterea Jacobus Arelatensis Ar-
chiepiscopus, dum ante Pascha Sa-
cros Ordines conferret, initiandis de-
clarabat, quod Appellantes Episcopi
essent schismatici, sacræ Sedi rebelles
&c. ac propterea promovendos obstrin-
xit, ut Constitutioni subscriberent:
idipsum etiam injunxerat ante festum
SS. Trinitatis, utque de initiandorum
fide securior esset, præcepit, ut una-
omnes Alexandri VII. formulam suo
chirographo firmarent, & Pontificiis
Constitutionibus: *Vineam Domini*, &
Unigenitus plenam præstarent subjectio-
nem, dextera his Bullis subscribentes,
& sinistra Evangelii librum in juramenti
signum tangentes: Insuper Josephus
Langletus Sueffionensis Episcopus hoc
anno die prima Februarii proluxa ad-
modum

Sæc. XVIII modum epistola Gratianopolitanum Episcopus
 A. C. 1718 scopum sibi licet nec de facie nec per
 literas cognitum, impense hortabatur,
 ut Bullæ acceptationi a se factæ firmiter
 insisteret; verebatur enim, ne hic
 Episcopus ab animi firmitate hucusque
 monstrata deficeret; eoquod in
 frequenti Parochorum, & Religiosorum
 suæ Diœcesis confesso Regiam impositi
 silentii declarationem prælegi-
 jussisset, subjungens, ipsum poenitere,
 quod ejusmodi silentium dudum non
 imposuisset, nunc vero se curaturum,
 ne quid contra Constitutionem in publi-
 cis sermonibus & scholis diceretur, se
 tamen vehementer dubitare, an exactam
 mandati observantiam sibi Confessariis
 polliceri posset. Postrema hæc
 verba addidit converso sermone ad
 verbis Parochum olim Cardinalis Cambri
 Discipulum, nunc vero Jesuitis addictis-
 simum. Hic vero mox Episcopo re-
 posuit, se, etsi Papam esse infallibilem
 non crederet, Constitutionem tamen
 velut *Regulam fidei* acceptare, eoquod
 ab Univerſa Ecclesia esset recepta: Episcopus
 autem probare nitebatur, illam
 non esse fidei Regulam, eoquod non
 proponeret judicium de articulo fidei
 fixo, stabili ac permanente, subjunxit
 tamen, se Bullam recepisse tanquam
 judicium omni veneratione dignum,
 quia

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

quin eam discutiendi spatium habuisset. Denique suæ Diæceseos Confessariis inibuit, ne circa Constitutionem suos pœnitentes interrogarent, si vero nonnulli ultra contra eam dubia proponerent, illos ad se tanquam *Doctrinæ Judicem* mitterent. Comperta igitur hac Episcopi declaratione Suesionensis Antistes Gratianopolitanum ad tuendam Constitutionis acceptationem excitandi ansam arripuit. Sub idem ferme tempus Appellantes suum erga S. Sedem obsequium, Apostolicumque Zelum exerrendi occasionem præbuere Henrico Massiliensi Episcopo. Hi enim ut desperatæ suæ causæ a contuetis fraudibus ac mendaciis patrocinium emendicarent, in vulgus pro more suo sparsere, quod Henricus Massiliensis Episcopus a pristina sua erga notam Constitutionem sententia, necnon a præstita probataque diu obedientia discedere cæpisset. Hoc comperto Episcopus libera voce, magno, fortisque animo ac publico etiam documento hanc calumniam, labemque suo Episcopali officio, famæque aspersam tam strenue a se amolitus est, ut etiam inde prædicandæ altius veritatis occasionem arripens, ex ipsis adversantium artibus confirmandæ veritatis præsidia sibi compararet:

Nullam

Sæc. XVIII. Nullam vero Apostolici sui Zeli occasionem prætermittendam ratus Rhemensis Archiepiscopus die vigesima Julii ad Serenissimum Regentem contra impositam silentii legem epistolam scripsit, in qua querebatur, quod Constitutionis auctoritas defensa, Episcoporum judicium confirmatum, & Regiæ Ludovici XIV. literæ per novi Regis declarationem adeo non fuerint executioni datæ, ut potius ejusdem Constitutionis acceptatio cujuslibet arbitrio relinqui, & silentium errori æque ac veritati imponi videretur: „hæc vero „lex, inquiebat Archiepiscopus, priusquam schisma & Ecclesiasticorum sècundi Ordinis rebellio in apertas erupit flammæ, utilis fors fuisset, tum enim Constitutio nondum a Novatoribus impugnata tranquille acceptationis perpetuæ jus sibi polliceri potuisset; invalescente autem jamjam contradicentium atque ad Conciliorum appellantium libertate, & Ecclesiasticorum plurimis aperta fronte contra suos Pastores seditionis vexillum erigentibus, ac universum Orbem venenatis schisma hæresisque redolentibus scriptis inundantibus, Constitutionis auctoritatem non tueri, nec illius executionem urgere, quid aliud est, quam factioni & factiosis patrocinari?

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LVII.

*Extremum Pontificis gaudium ob im-
motum horum Præsulum
Zelum.*

Inter quotidiana fastidia acerbosque *Epist.*
animi dolores, quibus propter ob- *Clem. XI.*
firmatam Appellantium pervicaciam, *pag. 2290.*
omnesque concordie vias tam crebris,
probrosisque artibus elusas cruciaba-
tur paternus Pontificis animus, non
leve concepit solatium ex immota tot
totius Orbis Catholici, ipsiusque Fran-
cie Præsulum constantia, invictoque
erga S. Sedem obsequio: Nec vicissim
suis partibus defuit; præprimis enim
die vigesima sexta Aprilis datis ad Rhe-
mensem Archiepiscopum literis exi-
miam ipsius fortitudinem deprædica-
bat, qua nullis fractus periculis, nul-
laque temporum difficultate deterritus,
a Pastoralis vigilantie officio discesse-
rat, sed seposito omni humanitatis sensu
cum fiducia Verbum Dei, sanamque
doctrinam, ac debitam Constitutioni
obedientiam vindicabat: *Nec sane dubi-
tamus, inquiebat Pontifex, quin tot ex-
perimentis probata & confirmata virtus Tua
egregio proposito ad extremum constanter
insistat: cum enim persecutionem propter
justitiam omne gaudium existimes, & pro*
Hist. Eccles. Tom. LXIX. Yy veri-

Sæc. XVIII. *veritate contumeliam lucrum putes, fore
A. C. 1718. speramus, ut probatio fidei tuæ multo pre-
tiosior auro inveniatur in laudem & gloriam
in revelatione Jesu Christi.*

Nec his contentus Pontifex per Magistrum Raynerium de Ilcio Pro-
Legatum Avenionensem unacum Sancto-
rum Martyrum reliquiis auream Cru-
cem, cui lignum SS. Crucis inclusum
erat, dono dedit tanquam *paternæ suæ
ac plane intimæ erga eum charitatis testi-
monium, & prævalidum munimentum, quo
roboratus cum Adversariis veritatis alacrius
semper decertare possit.* Insuper aliis li-
teris eidem Archiepiscopo haud obscure
indicabat, quod eum Purpura Romana
honorare decreverit: Enimvero non
sine miro Divinæ Providentiæ nota
factum videtur, quod ipsemet Rex ea-
dem die, scilicet decima nona Martii,
qua hoc anno hujus Archipræfulis epi-
stola, uti mox referemus, publice fuit
concremata, biennio post Biretum ro-
brum ejus capiti imposuerit. Pari gra-
tulationis, laudisque obsequio Pontifex
die vigesima sexta Aprilis honorabat
Massiliensem Episcopum, Deum ob-
secrans, ut majora eidem indies lan-
giatur incremena virtutum, quibus ab
erroris contagione creditas sibi oves
defendere pergat. Haud parcius Pon-
tifex datis die decima tertia Septem-

pag. 711.

bris literis commendabat Sueffionen-
sem Episcopum, eidem suum testatus
gaudium, quod ex transmissio ejus man-
dato Pastoralis typis impresso concepe-
rat: Perbenignè etiam excepit Ponti-
fex Arelatensis Archiepiscopi episto-
lam, qua fervens suum orthodoxæ do-
ctrinæ studium, Apostolicam liberta-
tem, invictum Sacerdotalis constantiæ
robur, atque eximiam planeque filia-
lem devotionem erga D. Petri Cathed-
ram testatus erat. Utrique autem huic
Episcopo Pontifex Constitutionem, quæ
incipit *Pastoralis Officii*, cujus mox men-
tio fiet, transmisit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LVIII.

*Iidem hi Præsules ob suum Zelum a
Parlamentis indigne habiti.*

Quantum hæc Præsulum constantia,
& perfecti obsequii exemplum in
plurimorum spurio sanioris doctrinæ
fulgore perstrictorum animis ad pervi-
caciæ suæ detestationem valuerit, haud
ignorabant Appellantes; quocirca ho-
rum Præsulum religionem infami te-
meritatis, fanaticismi, & seditionis nota
contaminare intenti erant, utque pri-
vatis suis machinationibus publica ap-
probantis jubentisque Magistratus au-
thoritas accederet, importune Provin-
cia-

Sæc. XVIII. A. C. 1718. ciarum Parlamenta contra hosce Episcopos concitarunt: Præprimis igitur ad eorum sollicitationem Aquense Parliamentum adversus Apta-Julienfis Episcopi decretum tumultuari incæpit, habitoque confesso die vigesima quarta Januarii Procurator Generalis ab Episcopi mandato tanquam ab abusu provocavit, suppressoque decreto, constitutisque loci Judicibus adversus Typographos & circumforaneos ejusmodi scriptorum Propolas legum severitate egit: Hac ratione Episcopum, quem a fronte aggredi non audebant, saltem a latere petere conati sunt. Ipse enim Rohanius Cardinalis, prout Romanus perscripserat, omnem movit lapidem, ne laica potestas adversus hunc Præsulem deteriora decerneret: Quid etiam hac in re ulterius agendum, Senatores ex Regni Cancellario sciscitabantur; qui eis rescripsit: „Episcopi, hujus decretum esse quidem nuper Regis declarationi contrarium, præcipiis ultramontanis de infallibilitate Pontificia scatenens, & ad fovenda subsidia & eludenda Regentis, pacisque consilia comparatum, atque a characterè Episcopi, & Viri Gallicæ Nationi affecti adeo alienum, ut hæc factum ab hujus Episcopi hostibus procreatum eo verosimilius reputet, qui

„Leodiensibus literis vel reipsa excu-
 „sum, vel ad occultandos Auctores ex-
 „cusum fuisse, fingitur: Regentem qui-
 „dem convictum esse, Aquense Parla-
 „mentum in re tanti momenti suo non
 „defuturum officio, velle tamen, ne
 „quicquam contra dignitatis Episcopa-
 „lis honorem attentaret, proin in suo
 „edicto insinuaret, se credere, quod
 „hic Episcopus hujus mandati Author
 „non exstiterit: Huic ergo Regentis
 „voluntati Parlamentum morem geret,
 „nisi vel circumstantiæ loci adversen-
 „tur, vel hoc mandatum ab Episcopo
 „promanasse, notorium fit., Postre-
 „mis hisce Cancellarii verbis Aquense
 Parlamentum sibi legitimam in hunc
 Episcopum sæviendi auctoritatem, ob-
 tentumque fuisse suppeditatum arbitra-
 batur, quocirca sub vano prætextu,
 quod hic Præsul in Parlamentum in-
 sultasset, ejus bona temporalia occu-
 pavit, ipsiusque mandatum ad rogam
 damnavit: eadem quoque severitate in
 Massiliensis Episcopi documentum de-
 bacchatur, eoquod contra Patres
 Oratorii, qui Parlamenti patrocinio
 contra hujus Episcopi censuras tuti e-
 rant, Canonum severitate egisset.

Totam vero indignationis Quesnel-
 lianæ molem in Archiepiscopum Rhe-
 mensem, qui jam dudum Appellantibus,

Yy 3

fu-

Sæc. XVIII.

A. C. 1718.

Sæc. XVIII. fudes in oculis erat, exonerare, fixum
 A. C. 1718. firmumque erat; Præprimis ergo Se-
 renissimo Regenti, hunc Archiepiscopum tanquam calumniatorem, exolum reddere satagunt, eumque incitant, ut acerbissimis verbis ad ejus epistolam responderet, comminatus, quod hæc responsionem publici juris facere vellet, si Archiepiscopus suam epistolam typis edere præsumeret: nec tamen indeterritus Archipræsul, suæ epistolæ transumpta ad suos amicos transmittit, ac postea prælo subjecit, non sine maximo proborum solatio; imo ipse etiam Uxelius Marchio nulli pepercit laborem, ne hæc epistola apud Parisiense Parliamentum denuntiaretur, indeque præparatæ concordiæ cursus sisteretur. Prevaluit tamen Advocatorum importunitas, qua expugnatus Regens in hac causa procedi permisit: Verum circa procedendi modum satis perplexi, incertique sudabant, longioris enim moræ, molestique negotii rem fore agnoverant, si contra ipsius Archiepiscopi Personam agere tentarent, cum enim hic inter *Franciae Pares* primus esset sine omnium Ducum consensu quicumquam in eum decernere, Parlamento vetitum: ad consuetas ergo artes confugere tutissimum videbatur: hanc ergo epistolam velut supposititiam, & emen-

tito Archiepiscopi nomine vulgatam fin-
 gere statuunt. Re igitur in Parlamento Sæc. XVIII.
 A. C. 1718.
 discussa sancitum: hanc epistolam car-
 nificis manu esse publice comburendam.
 Tam probrosa sententia omnium Ca-
 tholicorum horrore erat indignantium,
 scriptum cujusdam Archiepiscopi, qui
 juvenem Regem proxime solemniter ritu
 inuncturus esset, per carnificem lace-
 rari, & cum summa infamia, & ludi-
 brio comburi. Eapropter Bissyus Car-
 dinalis, Vrillierus Regis Secretarius,
 Uxellius Marechallus alique cælum ter-
 ramque movebant, ut Regentem ab
 hujus sententiæ executione dimove-
 rent. Horum etiam precibus dedit
 Regens, ut publico decreto executio
 differretur: Attamen Senatores sua e-
 dicta vilipendi querentes, Regentem
 tanto verborum, ac objurgationum im-
 petu obruebant, ut suum decretum re-
 vocaret: mox ergo advocatur carnifex,
 ac die decima nona Martii Archiepiscopi
 epistola flammis addicitur. Re com-
 perta Archiepiscopus hanc injuriam non
 modo tanquam Philosophus Christianus
 invicta æquanimitate tulit, sed etiam
 convocatis suis amicis immensam te-
 stis lætitiæ, exclamavit: *Imus gau-
 dentes a conspectu Concilii, quoniam digni
 habiti sumus pro defensione veritatis contu-
 meliam pati.* Declarabat insuper suis

Sæc. XVIII. Amicis, quod si Parlamentum hæc
A. C. 1718. sententiam Rhemis executioni dari de-
 creviffet, ipfemet præfato S. Crucis
 figno, fuperpelliceum & Humerale in-
 datus huic fpectaculo adffitiffet. Ut
 vero fuos Diæcefanos de fincera fu-
 mente certiores redderet, die vigefima
 quarta Martii literis encyclicis prælo
 fubjectis Decanos rurales hortabatur,
 ut fecum gaudentes Deo grates repe-
 derent, quod eorum Epifcopum dignum
 judicaverit, ut cum Chrifto Domino
 flagellato & cruci affixo contumeliam
 pro nominis fui gloria fuffere poffet:
 denique in calce hujus Epiftole eis de-
 claravit, quod ad perpetuam hujus
 rei memoriam Parlamenti decretum
 actis fuæ Curie Epifcopalis infecuti-
 rarit, ac in Palatii fui Sacello pro
 perpetuo facro in anniversaria hujus
 executionis die celebrando ftabiles red-
 ditus assignarit. Denique Nemaufenfis
 Epifcopus, nomine de la Parifiere, eo
 quod Pontificiam Constitutionem con-
 tra Regis declarationem edito fcripto
 propugnaffet, Parifiis ad fuam Diæ-
 cefin relegatus eft.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LIX.

Continuatio negotiationis Romanæ.

Equidem Cardinalis Noaillius se incio *I. afiteau l. c. pag. 90.*
doctrinæ summarium fuisse adu-

ratum, Serenissimo Regenti persuadere nitebatur, Pontificem tamen fallere haud poterat: Hic enim certis ex literis compertum habebat; quod Noaillius, rejectis falsificationibus genuinum latinumque exemplar a Rohanio & Bissyò Romam missum adeo non acceptarit, ut potius Cardinali Tremollio perscriberet, quod si Papa summarium inter Episcopos conventum, & a præfatis Cardinalibus postea Romam transmissum approbare vellet, ipse hanc approbationem rejecturus esset, cum sibi firmum fixumque sit, non aliud pro suo agnoscere, quam quod primo transmissum fuit; si enim Pontifex, aiebat Noaillius, alterum approbaret, Instructionem XL. Episcoporum ibidem confirmatam simul approbaturus esset, hanc autem se semper utpote dilucidandis difficultatibus contra Bullam motis minus sufficientem semper rejecisse. Interim tamen Cardinalis Tremollius Noaillii Instructionem Pastoralem atque acceptationis formulam summo Pontifici exhibuit; neutram tamen Hic ratam

Yy 5

ha-

Sæc. XVIII. haberi posse, primo statim obtutu de-
 A. C. 1718. ravit, idem judicante ipsomet Tremo-
 lio: Sic denique tam diuturna, & mo-
 lesta pacis negotiatio post tot proposita
 emendata, rejecta, & rursus ad in-
 dem revocata conciliationis media
 irritum cecidit.

§. LX.

*Opponentium Episcoporum Appella-
 tiones Romæ a S. Inquisitionis
 officio proscriptæ.*

*Merc. Hist.
 May p. 573.*

Cum ergo Pontifex sedandis Franciæ
 turbis nullum aliud remedium su-
 peresse cerneret, quam vel ultroneam
 sinceramque Constitutionis acceptatio-
 nem, vel Canonicam in refractatis se-
 veritatem, illam vero obtinendi spera-
 nullam esse reliquam crederet, exte-
 mum auctoritatis suæ rigorem adhibere
 constituit: Præprimis ergo S. Inqui-
 sitionis Romanæ Congregatio die deci-
 ma sexta Februarii, & die octava Mar-
 tii Romæ promulgatum condidit decre-
 tum, vi cuius Mirapicensis, Bolone-
 sis, Montis - Pessulani & Senecensis
 Episcoporum appellationes seu potius
 appellationum acta tanquam schis-
 matica, seditiosa, erronea, temere-
 ria, atque hæreticis propositionibus
 scatentia, necnon auctoritati Pontifi-
 cæ

cizæ adversantia damnata fuerunt, eorumque lectio, venditio &c. sub gravissimis pœnis ac censuris interdicta: Eadem schismatici & hæresi proximi scripti nota perstringebatur Cardinalis Noaillii appellatio. Hoc vero Inquisitionis iudicium summus Pontifex sua auctoritate approbavit, & illis, qui ad Franciæ Episcopatus ac beneficia a Rege nominabantur, confirmationis literas concedere renuit, nisi de eorum orthodoxia certus esset, ac nominati se Constitutionem acceptaturos promississent, quamvis Cardinalis Tremolius fuisset minitatus, se concordatorum executionem a Papa petiturum, nec ultra pro Beneficiis a Gallis ad Datariam recursum iri.

Sæc. XVIII.

A. C. 1717.

§. LXI.

Parlamentorum vindicta contra hoc Inquisitionis iudicium.

Ad hanc severitatem contra Appellationes interjectas summus Pontifex non semel provocatus videbatur iniuriis Parlamentorum ausibus: Non semel enim suis edictis Archiepiscoporum Episcoporumque mandata ad tuendas fidei veritates edita prohibuerunt, atque infamis rogi pœna per carnificem publice plectere præsumpsere: Tam longe

Sæc. XVIII. longe autem aberant Appellantes, ut
A.C. 1718. Pontificem pro officii sui debito ad hanc
 publicam proscriptionem processisse, &
 nonnisi laceffitum talionis jure usum
 fuisse excusarent, quin potius omne li-
 voris virus in eum effundere, ex con-
 dicto certarent: utque Pontificis aucto-
 ritatem, agendique rationem infimæ
 etiam plebi exosam redderent, in vul-
 gus spargebant, quod Pontifex, eoquod
 tribus Ecclesiasticis ad beneficia a Rege
 nominatis, nisi de eorum obsequio cer-
 tus esset, Apostolicas confirmationis li-
 teras concedere renueret, novum *For-
 mularium* in Franciam invehere molir-
 retur. Hic rumor tam secundis auri-
 bus, atque sine latentis doli suspitione
 excipiebatur, ut etiam Rex præteritis
 tribus Ecclesiasticis, ne hac super re
 quicquam Romam perscriberent, inhibe-
 beret, veritus, ne Pontifex ab eis Bullæ
 subscriptionem exigeret: Verum Pon-
 tifex nec *Formularium* novum inve-
 here, nec subscriptionem exigere, sed
 duntaxat de sana nominatorum fide au-
 thentico testimonio certior fieri inten-
 derat, unde etiam, quamprimum Tre-
 mollius de horum Præsulum subjectione
 erga Bullam coram Pontifice scripto
 tenus testabatur, mox Hic petitas con-
 firmationis literas nominatis duodecim
 Ecclesiasticis die undecima Maij ex-
 pediri

pediri iussit. Dissipata hujus terricu-
 lamenti umbra Appellantes magis effi-
 caces sese vindicandi modos quærebant,
 ac præprimis Parlamentum Parisiense
 ad damnandum Pontificis decretum in-
 citabant, simulque in sui causam di-
 ferti ac copiosi ipsum etiam Regentem
 eo inducebant, ut Noaillio pollicere-
 tur, se, ut ejusmodi edicta a Pari-
 siensi, ceterisque Regni Parliamentis
 ederentur, procuraturum, ea tamen
 lege, ne Cardinalis suam appellatio-
 nem publicam redderet. nec hac agendi
 ratione prior ipse schismatis vexillum
 erigeret. Id sine tergiversatione Noaillio
 pro more suo spondente, Parisiense Parla-
 mentum suum edictum die vigesima octa-
 va Martii ad omnia Regni Parla-
 menta transmisit, eo fine, ut ea sui edicti typum
 Parisino conformarent: Paruere ex Par-
 lamentis Rhedonense, Bisantinum,
 Burdegalense, & Bituricense, Meten-
 se, & Tholosanum; Aquense autem
 fluctuabat, & Duacense palam profite-
 batur, se non posse suppressere Sedis
 Apostolicæ decretum, quod res fidei
 concerneret: Arelatensis quoque Archi-
 episcopus, priusquam sacros conferret
 ordines, prolixo sermone circa Consti-
 tutionem habito Appellantes Episcopos,
 & Noaillum Cardinalem inter hæreti-
 cos & schismaticos recensuit, cunctis-
 que

Sæc. XVIII.
 A. C. 1718.

Sæc. XVIII. que ad S. Ordines promovendis formulam de promittenda erga Constitutionem subjectione signandam tradidit, cumque Benedictini Abbatia Montis-Majoris se formulæ Alexandri VII. subscribere paratissimos exhiberent, novam autem hanc formulam signare detrectarent, Archiepiscopus eis, Ordines conferre renuit.

§. LXII.

Ultimus Rohanii & Bissy Cardinalium ceterorumque Acceptantium conatus ad flectendos renitentes.

Lafiteau l. c. pag. 114.

Interim summo Pontifici nuntiatum erat, Rhemense Capitulum suam appellationem in Archiepiscopi sui contumeliam & contemptum innovasse, eapropter cunctos Opponentes a fidelium communione per Bullam in universum Orbem transmissam segregare statuit: Eo comperto Acceptantes Episcopi, ut tantam ignominiam a suis Confratribus averterent, ultimum admoturi arietem, eorum impulsu Bissyus datis ad Papam literis eundem rogabat, ut hanc pœnam, quamvis promeritam pro sua tamen benignitate differret, eo quod Serenissimus Regens ad ejus preces denuo amicas consultatione

tationes pro obtinenda Renitentium conciliatione haberi annuisset. Pontifex, Sæc. XVIII.
A. C. 1718.
quamvis irritum ejusmodi consultationum successum priorum memoria atque experientia præ ageret, Tremolio nihilominus negotium dedit, ut citatis equis nuntium ad Regentem mitteret, qui eidem significaret, Papam has inducias concedere esse paratissimum, si spectatis renitentium animis Regens prosperi exitus spem facere posset, si vero intra unius Mensis terminum Parisiis Romam hac super re nihil scriberetur, tum ulteriori moræ locum non fore. Advenerat hic Nuntius Parisios ineunte Mense Junio, & jamjam sequens Mensis ad medium vergebat, quin responsum ad Papam fuisset delatum, imo aliis literis significatum, ineunte jam Mense Augusto hac super re nequidem hanc negotiationem fuisse cæptam. Distulit nihilominus Pontifex severitate uti, tandem vero die octava Augusti prima habebatur consultatio, in qua Noaillius Cardinalis suum mandatum, unacum proluxa præfatione, doctrinæ summarium, & acceptationis typum Acceptantibus Episcopis exhibuit; cum autem vix non idem esset, ac illud, quod per Cardinalem Tremolium Noaillius Pontifici tradiderat, & ab hoc rejectum erat, aliun-

Sæc. XVII. aliunde vero adeo prolixum esset, ut
A. C. 1718. sola præcepsque lectio in re tanti mo-
 menti sufficere haud videretur, hinc
 Rohanius & Bissyus hæc scripta sibi
 seorsim examinanda tradi petebant: ad
 repulsam passi, ne pacis consilia ru-
 pisse crederentur, mox, quæ obles-
 vanda putabant, proposuere, & qui-
 dem in Noailii præfatione notabant,
 quod hic Sorbonæ aliorumque reitua-
 tium petulantias contra Papam ejus-
 que decreta intempestive approbarit, in
 acceptationis autem typo nil nisi *con-*
ditionatam, scilicet, *si quædam propo-*
sitiones sensum, in quo explicantur, habe-
rent, & restrictivam quatenus hæc propo-
sitiones Noaillius duntaxat in sensu ex-
plicatis damnet, acceptationem bono-
 deret. Rohanius vero Noaillo omni
 approbationis dignæ typos exhibuit,
 in quorum primo doctrinæ summarium
 fuit correctum, & in altero acceptatio
 relativa in absolutam transmutata unde
 cum approbatione Instructionis Pædo-
 ralis a Clero Gallicano 1714. editæ.
 Verum utrumque rejecit Noaillius
 vehementer offensus, quod circa do-
 ctrinam errasse argueretur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXIII.

*Cardinales Rohanius & Bissyus de
acrioribus contra Refractarios
remediis adhibendis a Papa
certiores facti.*

Cum ergo Pontifex Refractarios ad *Dorsann.*
sinceram Constitutionis acceptatio- *Journal.*
nem nec rationibus, nec monitis aut *p. 421. &*
minis reduci posse cerneret, allunde *seqq.*
vero eandem Constitutionem ab uni-
verso Orbe Christiano & potissima Gal-
licanorum Præsulum parte velut Ec-
clesiæ legem fuisse acceptatam sciret,
proin ad paucorum genium explicatio-
nes dare haud consultum crederet, hinc
non aliud supererat remedium, nisi ut
Renitentes canonica severitate ad offi-
cium redigere tentaret. Eapropter a
Bentivolio Parisiensi Nuntio suo, qui
contra Opponentem sine mora procedi,
Pontificem ex Dei ac conscientiae lege
obstrictum esse rescripserat, excitatus,
die vigesima quarta Augusti ad Regium
Regni Moderatorem literas dedit, in
quibus eidem gravissimam illam, quæ
ipsum ad asperiora contra Refractarios
remedia adegisset, necessitatem aperuit:
idipsum etiam die vigesima tertia
ejusdem Mensis ad Cardinales Roha-
nium & Bissyum rescripsit, simulque,
Hist. Eccles. Tom. LXIX. Zz quod

Sæc. XVIII. quod ad horum Cardinalium literas
 A. C. 1718. responsum dare distulisset, sese excu-
 fans, subjunxit, quod ipsa rei sum-
 mæ gravitas moram persuaserit, atque
 eatenus responsum protrahere compu-
 lerit, ut plenius verbo & opere eorum
 postulatis satisfacere, mentemque hæc
 in re suam, quod ipsi imprimis exopta-
 verant, apertius eis declarare *valeret*.
 Non est autem, prosequatur Ponti-
 fex, quod Vobis, qui omnia nostris, con-
 siliis nostrorum, quam *hactenus* te-
 nuimus, rationem pluribus edissera-
 mus, satis enim unicuique vestrum
 perspectum est, jam dudum constitu-
 tum Nobis fuisse acrioribus stimulis ma-
 num admovere ad eos excitandos, qui
 eidem nostræ Constitutioni sese *inji-*
 cere renuerunt, postquam scilicet *in-*
 tiffime adhibita leniora remedia *in-*
 proficere, atque iis non solum contu-
 maces ad debitam ipsi Constitutioni obe-
 dientiam minime adduci, sed potius
 in pravitate sensus sui pertinacius ob-
 firmari: simplicibus vero & incautis
 gravissima salutis pericula ac certam
 perniciem parari comperissemus: Atque
 propositum nostrum non tam ingenitum
 Nobis Mansuetudinis amor, quo
 severitatem Animadversionis ægre ad-
 duci solemus, (qui tamen plerisque
 forsitan etiam vobis ipsis ejusmodi

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

re immoderatioꝝ videri potuit) quam renovata sæpius dilectissimi in Christo Filii Nostri Philippi Ducis Aurelianensis istius Regni Rectoris officia, qui constanti restituendæ pacis desiderio inducias a Nobis identidem postulavit, necnon spes expugnandæ mitioribus consiliis contumaciæ, quæ a nonnullis ostentata Nobis plus æquo animo blandiebatur, hucusque retardaverunt.

Cum autem tot, ac tanta nostræ vestræque charitatis testimonia, atque intenta memorati Philippi Ducis ac Rectoris studia effectu, quem sperabamus, penitus caruerint, integrum Nobis non est diuturniori cunctatione officium Pontificiæ sollicitudinis procrastinare, pluribus præsertim Catholicæ Ecclesiæ illustribus Episcopis, summum Religionis discrimen ob oculos nostros ponentibus, graviterque testantibus, silentio nostro mala ingravescere, Novatorum audaciam efferri, Bonorum autem pro Dei causa conatus infringi & debilitari. Itaque, in eam tandem sententiam devenimus, ut omnibus ex unaquaque natione, quæ sub cælo est, Christi fidelibus palam faciamus, quo loco Nos & hæc sancta Sedes habeat, habendosque a cunctis iudicet eos, qui Apostolicam præfatæ Constitutionis doctrinam & auctoritatem

Sæc. XVIII. tem debita submissione suscipere detre-
A. C. 1718. ctaverint, atque a præclaris obedientiæ
 vestræ totiusque Ecclesiæ exemplis re-
 cesserint. Id porro præstabimus datis
 ad universos Christifideles literis pro-
 pediem evulgandis, quarum summam
 Venerabilis Frater Cornelius Episcopus
 Carthaginensis Nuntius isthic nosse
 vobis communicabit. Volumus novum
 vobis præbere fiduciæ & benevolentiae
 nostræ argumentum, quo etiam para-
 tiores ad felicem curarum nostrarum
 exitum consuetam operæ vestræ sedu-
 litatem, fidemque opportunius conferre
 possitis: præsertim vero, ut eidem Phi-
 lippo Duci ac Rectori gravissimam il-
 lam, quæ Nos ad aliquanto asperiora
 remedia adegit, necessitatem aperitis,
 simulque, ac potissimum ejus gratia
 hoc ipso qualiscunque severitatis ex-
 perimento paternam lenitatem maxime
 a Nobis retentam fuisse demonstratis.
 Non tam enim literæ nostræ supradictæ
 debitas contumaciæ pœnas intente-
 bunt, ut vobis, ubi primum eas lega-
 tis, liquidum erit, quam cæcipienti-
 bus lumen admovebunt, viamque stet-
 tent, qua rectum unitatis & salutis ite-
 ingredi, & insistere valeant, ac Re-
 gnum istud ab earum calamitatum
 periculis eripere, quas ejusmodi dissi-
 dia parere consueverunt. Cæterum
 quæ

quemadmodum in tanta hujusce negotii Sæc. XVIII.
 asperitate maximo Nobis solatio fuit, A. C. 1718.
 quod Gallicanorum Episcoporum cæ-
 tum pietate, & sapientia illustrium in-
 dissolubili filialis obsequii vinculo Apo-
 stolorum Principis Cathedræ conjun-
 ctum videremus &c.

§. LXIV.

*Opponentes per Pontificis sententiam
 a fidelium communione separati.*

Postea Pontifex sententiæ, qua Op- Act. publ.
 ponentes ab Ecclesiæ communione Const. p. 416.
 segregavit, die vigesima octava Augusti Bull. Magn.
 nomen suum apposuit, hancque Bul- Clem. XI.
 lam octava Septembris die publice Ro- pag. 205.
 mæ in acie Campi Floræ, aliisque con-
 suetis locis affigi jussit. Erat autem
 illius titulus: *Clementis divina Providen-
 tia Papæ XII. literæ ad universos Christi
 fideles datæ adversus eos, qui Constitutioni
 Sanctitatis suæ, quæ incipit: Unigenitus,
 anno incarnationis Dominicæ 1713. sexto
 Idus Septembris editæ, debitam obedientiam
 præstare hætenus recusarunt, aut in po-
 sterum recusaverint.* In hac tamen Bulla
 Pontifex provide nec Noaillium nec
 alios nominabat, partim ut eorum fa-
 mæ parceret, partim ut si interea obe-
 dientiam præstitissent, hac pœna com-
 prehensi, non censeantur. Hujus vero
 Constitutionis tenor erat sequens:

Zz 3

„Pa-

Sæc. XVIII.

A. C. 1718.

„Pastoralis Officii, quod superni di-
 „spositione consilii gerimus, cura Nos
 „admonet, ut animarum saluti ubique
 „terrarum procurandæ, ac præsertim
 „orthodoxæ fidei, sine qua impossibile
 „est placere Deo, puritati servandæ
 „omni studio advigilemus. Eapropter
 „cum in quibusdam ultra montes Pro-
 „vinciis & præcipue in Regno Gallie
 „amplissimo, varia pravæ doctrinæ
 „narum, imo hæresum, semina occu-
 „sione damnati cujusdam libri Gallico
 „idiomate jam pridem editi, sub titulo
 „*Novum Testamentum cum reflexionibus* &c.
 „germinare cognovissemus, iisdem eræ-
 „dicandis, nostri non minus muneris
 „debito admoniti quam crebris multo-
 „rum Catholici Orbis, ac præsertim
 „Gallie Episcoporum precibus excitati,
 „quin etiam piis, ac sæpius repetitis
 „clar. mem. Ludovici decimi quarti
 „dum vixit Francorum Regis Christi-
 „anissimi votis & officiis adducti, quæ
 „cunque potuimus Apostolicæ notitiam
 „solicitudinis partes, adjuvante Deo
 „mino, interponere non prætermis-
 „mus.„

„Quæ autem & quanto in hoc
 „duo gravissimoque negotio per plures
 „annos egerimus & passi simus, quæ
 „inobedientium hominum & paucorum
 „(quod valde dolenter dicimus) illorum
 „stru-

„firium etiam Ecclesiarum ! Antistitum Sæc. XVIII.
 „veritati non acquiescentium opera in A. C. 1718.
 „idem inclytum Regnum mala prove-
 „nerint, Vobis fere omnibus (minime
 „ignota esse existimamus. Postquam
 „siquidem, divino imprimis implorato
 „præsidio, curaque omni, studio, ac
 „labore, prout rei gravitas exposcebat,
 „diutissime collatis, adversus prædi-
 „ctum librum Constitutionem nostram,
 „quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, an-
 „no incarnationis Dominicæ millesimo
 „septingentesimo decimo tertio, sexto
 „Idus Septembris, editam promulga-
 „vimus; in qua plures noxios articulos
 „ex eodem libro excerptos censuris va-
 „riis, quas respective, ut ajunt, hoc
 „est, singuli aliquam saltem earum me-
 „rebantur, notatos pro hujus sanctæ Se-
 „dis more proscripsimus, cujusmodi re-
 „medii necessitatem tum memoratus
 „Ludovicus Rex, tum plerique ex Gal-
 „lia Episcopi suprascripti iteratis obte-
 „stationibus inculcaverant, non aliter
 „suborta dissidia sedari posse, constan-
 „ter affirmantes, tota quidem Christi
 „Ecclesia Petrum per nos, tametsi in-
 „dignos loquentem secuta, Apostoli-
 „cam ejusmodi Constitutionis Doctri-
 „nam debito obsequio, atque obedien-
 „tia suscepit, At Novatores, qui se-
 „quuntur spiritum suum, & nihil vi-
 „dent,

Sæc. XVIII. „dent, ex inconsulta eorumdem pau-
 A. C. 1718. „corum Antistitum hæsitacione ita a-
 „nimos extulerunt, ut incredibili au-
 „dacia Constitutionem ipsam perverte-
 „interpretari, & incessere, prævæque
 „etiam Doctrinæ per impudentes ca-
 „lumnias insimulare non erubuerint.
 „Itaque ut reluctantes illos Episcopos,
 „ad sectanda Fratrum suorum vestigia
 „excitarem, ac turbarum, malo-
 „rumque omnium fomitem, quem im-
 „provida illa cunctatio ministraverat,
 „extingueremus, canonicas animad-
 „versiones post diuturnam trium annorum
 „longanimitatis experimenta adhibere
 „constitueramus. Verum venerabiles
 „Fratres nostri S. R. E. Cardinales qui-
 „buscum rationem consilii nostri com-
 „municare æquum esse censuimus, Nos
 „enixe obsecrarunt, ut paulisper severi-
 „rioribus remediis supersedere velle-
 „mus, dum interim communibus liti-
 „ris Collegam suam Constitutioni no-
 „stræ sese subicere detrectantem, et
 „que iisdem propterea animadversioni-
 „bus obnoxium ad veritatis & paci-
 „consilia revocare conarentur. Eorum
 „igitur precibus annuentes, ne quæ
 „lenitatis viam intentatam relinquere-
 „mus, per illas ipsas inducias Nos quo-
 „que ad universos Archiepiscopos &
 „Episcopos Regni Galliarum literas in-
 „scripsimus, ut illis quoque
 „foc

„forma Brevis die 20. Novembris 1716. Sæc. XVIII.
 „expeditas dedimus, quibus rerum ge- A. C. 1718.
 „starum serie, & Ecclesiarum pertur-
 „batione uberius exposita, illos hor-
 „tati sumus, ut dissentientes Coepisco-
 „pos suos nostro etiam nomine conve-
 „nirent, eosque officii sui fraterna cha-
 „ritate admonerent, necnon omnibus
 „sacerdotalis sollicitudinis argumentis,
 „imploratoque nostris etiam verbis,
 „dilectissimi in Christo Filii nostri Phi-
 „lippi Ducis Aurelianensis ejusdem Re-
 „gni Rectoris, Patrocinio ad reparan-
 „da Ecclesiasticæ unitatis & disciplinæ
 „detrimenta, atque ad avertenda Ca-
 „tholicæ Religionis pericula flectere sa-
 „tagerent. Speravimus quidem uberem
 „ex ejusmodi nostris literis fructum,
 „junctoque Nobiscum præclarissimorum
 „Galliæ Præsulum Zelo, qui maximo
 „sane numero pro veritate certabant,
 „factum iri credidimus, ut Dissidentes
 „Fratres, quod Nobis adeo in votis
 „erat lucari possemus. Ast spe no-
 „stra frustratos confestim Nos vidimus,
 „dolentesque clamare coacti sumus:
 „sustinuimus pacem, & non venit, quæ-
 „sivimus bona, & ecce turbatio, &
 „sane tam gravis, ut qui ex adverso
 „erant, illas ipsas nostras & hujus
 „sanctæ Sedis voces variis artibus pene
 „intercludere tentaverint. Neque pro-
 „fecto

Sæc. XVIII. „fecto felicius cesserunt officia illa, que
 A. C. 1718 „Cardinales prædicti per impetratas
 „Nobis, ut diximus, inducias præsti-
 „terunt. Quamquam enim communis
 „totius sacri Collegii Epistola, sua-
 „siones, consilia, obsecrationes, atque
 „omnem ministerii sui, fraternæque be-
 „nevolentix fidem, sedulitatem ac solli-
 „citudinem adhibuissent, frustra se ta-
 „men laborasse intellexerunt, neque
 „aliud, præter inanes scandalorum ac
 „diffidiorum exostulationes, sed sine
 „voluntate veram amovendi causam,
 „unde illa emerferant, operæ suæ fru-
 „ctum reportarunt. Non tamen pro-
 „pterea concidimus animo, imo nec-
 „dum a mitioribus consiliis recessimus:
 „nihil interim curantes, quomodo ho-
 „mines hunc modum agendi nostrum
 „interpretarentur, quippe qui sciremus
 „Deo æque per infamiam & bonam fa-
 „mam serviendum esse. Itaque, ut
 „aberrantes in viam justitiæ suaviter
 „revocaremus, iteratis sæpius hortati-
 „onibus nostris, etiam preces addi-
 „dimus, eundemque in scopum, privatis
 „literis manu nostra conscriptis, et
 „omnia paterna mansuetudinis officio
 „implevimus, quæ suggerere nobis po-
 „tuit Christiana charitas, quæ patiens
 „est, benigna est, omnia suffert, omnia
 „sustinet. Plures interea Gallicanæ
 „Ante

„Antistites non minus sapientia & do- Sæc. XVIII.
 „ctrina, quam pietate ac studio tuendæ A. C. 1718.
 „Religionis illustres, ex iis scilicet,
 „qui debita submissione Constitutionem
 „nostram amplexi fuerant, dignitatis
 „& muneris sui probe memores, votis-
 „que & officiis nostris obsecundantes,
 „favente etiam eorum conatibus me-
 „morato Philippo Duce ac Rectore, cu-
 „ras omnes suas, assiduosque labores
 „ad discordantium fratrum animos per-
 „movendos enixe conferre non omise-
 „runt. Sed hæc omnia prosperum illum,
 „quem summopere postulabamus exi-
 „tum minime habuerunt, obscurati fi-
 „quidem renitentium oculi, ne vide-
 „rent, & obturatæ sunt aures, ne
 „audirent, adeo ut nonnulli eorum,
 „non sine bonorum omnium luctu, ho-
 „stiumque Ecclesiæ plausu, ad ea insu-
 „per publice devenire ausi fuerint, quæ
 „omnes ex vobis, quibus illa innotue-
 „runt, improbasse non dubitamus, quæ-
 „que ipsimet, qui ea perpetrarunt, a No-
 „bis & a sancta Romana Ecclesia palam
 „atque perpetuo damnanda, atque exe-
 „cranda esse non ignorabant. Quare
 „nos, qui supremo divini Pastoris Man-
 „dato deesse non possumus nec debe-
 „mus, quo & illius oves pascere, & fra-
 „tres nostros confirmare præcipimur,
 „animo nobiscum reputantes, quod Ver-
 „bum

Sæc. XVIII. „bum Dei non est alligatum, postquam
 A. C. 1718. „diu tentatis inutiliter consiliis pacis
 „hucusque siluimus, adhuc ulterius ta-
 „cere nobis non tutum, Christiano au-
 „tem populo perniciosum fore cense-
 „mus. Ad vos proinde omnes ex una-
 „quaque Natione, quæ sub cælo est,
 „Christifideles, paternas voces nostras
 „dirigimus, quo primum quidem do-
 „loris nostri participes, vestras nobis-
 „cum ad Deum preces deferatis, &
 „superna gratia aspirante, qui hæc-
 „nus contumaces fuerunt, non jam ul-
 „terius alta sapientes, sed humilibus
 „consentientes ad debitam cum ceteris
 „Christifidelibus in sana catholicaque
 „doctrina profitenda veniant unitatem.
 „Hoc nempe ex animo unice quaerimus,
 „hoc dies noctesque, nec sine lacri-
 „mis a Domino imploramus: Neque e-
 „nim oblivisci potest mulier infantem
 „suum, nec sancta Romana Ecclesia fi-
 „lios suos. Deinde ne quis Christia-
 „num populum seducere pergat inani-
 „bus verbis, vos omnes, ut necesse est,
 „monitos volumus, & certos facimus,
 „quod frustra, & quidem non sine fe-
 „mento malitiæ & nequitia, istius-
 „modi homines nobiscum in doctrina
 „Religionis consentire se jactant, dum
 „interim heterodoxorum exemplo præ-
 „eunte, editam a Nobis Constitutio-
 „nem

„nem, quam universa Ecclesia venera- Sæc. XVIII.
 „tione debita complectitur, non modo A. C. 1718.
 „alienis ab ipso verborum tenore inter-
 „pretationibus, sed & apertis calum-
 „niis superinductis maligne carpere
 „audent, & immanium errorum accu-
 „satione perstringere, perinde ac si ipsi
 „soli, aliis Christi fidelibus ubique gen-
 „tium desipientibus, saperent, ipsi soli,
 „reliquis cæcutientibus, lumen verita-
 „tis aspicerent. Nec profecto minor
 „est illorum culpa, qui ut facilius in-
 „cautis illudant, cum hæc ipsa mo-
 „liuntur, eidem Constitutioni nostræ ne-
 „quaquam adversari, sed solas decla-
 „rationes, in rebus tamen apud cæte-
 „ros omnes plane perspicuis, postulare
 „se simulant, non quidem discere sed
 „tentare cupientes, ut Ecclesiam, si
 „possint, quæstionibus inutilibus, &
 „interminatis immisceant, & luci Ca-
 „tholicæ veritatis tenebras, quoquo
 „modo obscuritatis offundant. Ita sane
 „patientia nostra abutentes, Apосто-
 „licæ auctoritati obsequium ac reveren-
 „tiam se exhibere gloriantur illo ipso
 „tempore, quo ei gravissimam infe-
 „runt injuriam, iisdem siquidem ex-
 „plicationum petitionibus satis aperte
 „ostendunt, ideo se Constitutioni no-
 „stræ debitam obedientiam nondum
 „præstitisse, quia verentur, ne per illam
 „Catho-

Sæc. XVIII. „Catholica dogmata convellantur: ne
 A C. 1718. „laudabilis, & ab hac sancta Sede pro-
 „bata Ecclesiastica disciplina infringa-
 „tur: neque demum salubriores Chri-
 „stianorum morum regulæ subvertan-
 „tur, quod plane idem est ac vereri,
 „ne defecerit fides Petri, & tota Christi
 „Ecclesia Magisterio Apostolicæ vocis
 „imbuta a via veritatis & salutis erra-
 „verit. Præterea, ut pessimæ causæ
 „splendidum patrociniū concilient
 „præfatæque Constitutioni majorem
 „undecumque invidiam faciant, se ab
 „ea suscipienda retardari affirmant, eo-
 „quod suspicentur per illam damnari
 „sententias atque doctrinas, quas infi-
 „gnes Catholicorum scholæ absque ulla
 „Censura hæctenus tenuerunt, ac tra-
 „diderunt; cum tamen nisi ab antiquis
 „semitis, sanctorumque Patrum vetu-
 „stis, imo & ab earumdem scholarum
 „instituto, quod verbis profitentur, re-
 „ipsa recessissent, probe reminisci debe-
 „rent, quod illorum Principes, quo-
 „rum nomina pertinaciæ suæ temere
 „prætendunt, quemadmodum & cæteri
 „illustriores Ecclesiæ scriptores, suum
 „semper esse duxerunt, ut ab Apo-
 „stolica Sede discerent, quid credere
 „quid tenere, quid docere debeant
 „ut ad illam scripta sua examinanda
 „& emendanda dirigerent, ut inde le-

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

„men Catholicæ fidei reciperent, ubi
 „non posset fides ipsa sentire defectum,
 „ut nemo eorum denique suam senten-
 „tiam adversus Petri auctoritatem de-
 „fenderet. Cæterum in hoc ipso judi-
 „cio præpostero consuetum calumniandi
 „morem non derelinquunt; nisi enim
 „excæcarent eos malitia eorum, ac nisi
 „diligenter magis tenebras quam lu-
 „cem, ignorare non deberent senten-
 „tias illas, ac doctrinas, quas ipsi cum
 „erroribus per Nos damnatis confun-
 „dunt, palam & libere in Catholicis
 „scholis, etiam post editam a Nobis
 „memoratum Constitutionem, sub ocu-
 „lis nostris doceri, atque defendi, il-
 „lasque propterea minime per eam
 „fuisse proscriptas. Verum supercecidit
 „ignis contentionis & æmulationis, &
 „non viderunt solem lucidissimæ veri-
 „tatis, hinc justo Dei iudicio ambu-
 „lantes in tenebris, nesciunt plane quo
 „vadant, scandalum siquidem de Con-
 „stitutione nostra comminiscuntur, sed
 „seipsos potius de pervicaci sua inobe-
 „dientia scandalum facere non agno-
 „scunt, sacrosanctam Episcopatus di-
 „gnitatem exaltare, se velle declarant,
 „sed reipsa deprimunt, dum interim
 „fraternitatem ipsi contemnunt, auda-
 „cissimæ inferioris Cleri rebellionis fo-
 „mentum tribuunt, universumque or-
 „dinem

Sæc. XVIII „dinem Ecclesiasticum Laicis tribuna-
 A. C. 1718. „libus, vel in ipsa Religionis causa in-
 „decere ac perperam subijci non atten-
 „dunt. De veteris, ac novæ legis di-
 „scrimine tanquam de re ipsis solis per-
 „specta, multa plerumque inutiliter di-
 „sputant, novæque præstantiam, quam
 „omnes agnoscunt & profitentur, in-
 „culcare non desinunt, utriusque ta-
 „men legis plenitudinem, quæ est di-
 „lectio, minime observant, charitatem
 „nulli impensius laudant, nulli impu-
 „dentius violant. Divinæ gratiæ vir-
 „tutem prædicant, quam Catholicus
 „nullus negat, sed damnatis erroribus
 „faventes spiritui Gratia contumeliam
 „faciunt, vel consentiunt facientibus,
 „adhuc specioso quodam ementis le-
 „veritatis amictu se contegentes, ri-
 „gidioris doctrinæ gloriam captare non
 „cessant, instituendæque in melius Chri-
 „stianorum vitæ, & ad Normam Evan-
 „gelii componendæ Zelum magnificum
 „ostentant. Quare vos perniciosam
 „hanc larvam, quæ animabus pretiosis-
 „simo Christi sanguine redemptis ce-
 „tum parare posset exitium, palam de-
 „trahere, urgente Nos Apostolici Ma-
 „nisterii debito, volentes, ipsos pro-
 „mum aberrantes Fratres, ut alias sæpe
 „privatim fecimus, publice modo, ob-
 „coram universa Ecclesia monitos faci-
 „mus.

„mus, ne sibi ulterius de falsa exactio-
 „ris disciplinæ fama blandiantur. Ne-
 „que enim vera virtus absque humili-
 „tate, pietas absque obedientia, Chri-
 „stiana demum perfectio absque cha-
 „ritate potest consistere. Porro quæ
 „humilitas? sensum proprium, com-
 „muni Fratrum sententiæ, quin & su-
 „premæ Beati Petri Cathedræ judicio
 „obstinate præferre? quæ obedientia
 „Apostolicis definitionibus reluctari?
 „quæ tandem charitas, injuriis & contu-
 „meliis agere, iras, rixas, & conten-
 „tiones ubique disseminare? agnoscant
 „igitur, divini luminis irradiante ful-
 „gore, quam gravibus coram Deo, &
 „Ecclesia reatibus, & periculis invol-
 „vantur. Meminerint scriptum esse,
 „quod quasi peccatum ariolandi est, re-
 „pugnare, & quasi scelus idololatriæ
 „est, nolle acquiescere. Omnipotentis
 „Dei, qui superbis resistit, tremendum,
 „& imminens sibi judicium timeant,
 „Ecclesiæque pacem simul & Reipu-
 „blicæ tranquillitatem perturbare tan-
 „dem aliquando desistant. Reliquos
 „deinde vos omnes per universum ter-
 „rarum orbem Apostolicæ fidei cultor-
 „es paterne admonemus, requirimus,
 „& obtestamur, ut ad eos, qui veniunt
 „ad vos, in vestimentis ovium, probe
 „dignoscendos, certissimam illam,
 „quam
Hist. Eccles. Tom. LXIX. Aaa

Sæc. XVIII.
 A. C. 1718.

Sæc. XVIII. „quam Dominus ac Salvator Noster Nobis
 A. C. 1718. „reliquit, Regulam adhibeatis, videli-
 „cet, ex fructibus eorum cognoscetis eos,
 „Qui autem fructus ipsi sunt, ex eorum,
 „qui Constitutioni nostræ sese submittere
 „renuerunt, contumacia provenientes,
 „toti jam pene Christiano orbi nimium
 „perspecti sunt, & manifesti, de illis
 „propterea ne acerbissimi doloris nostri
 „vulnera refricemus, prolixius eloqui
 „libenter abstinemus. Nolite ergo, filii
 „dilectissimi, vosque potissimum, qui, ut
 „loco ita & periculo propinquiores estis,
 „nolite effici, participes eorum, nolite
 „omni spiritui credere, doctrinis va-
 „riis, & peregrinis nolite abduci, sed
 „sanam & Orthodoxam sanctæ Roma-
 „næ Ecclesiæ Doctrinam, quæ sacrum
 „fidei depositum, intemerate servat,
 „tuto sequimini, & firmiter custodite.
 „Nos vero, quos cæteris Zelo Domus
 „Dei non minus, quam dignitate præ-
 „ire oportet, ut ingruentium tot mi-
 „lorum gravitati quantum rerum
 „temporum præsens conditio patitur
 „opportune occuramus, præsertim
 „Pastores errantes, & in errorem mi-
 „tentes, dispergere, & dilacerare gre-
 „gem Domini, nemine cohibente, pro-
 „sequantur. Neve oves Christi, Nobis
 „tacentibus, rapi in præcipitia se-
 „nant, universis Christi fidelibus, qui
 „interim gravissima in hac re Nos agere
 „duxerunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

„duxerimus, palam edicere ac decla-
 „rare statuimus. Noverint ergo om-
 „nes, qui ubicunque terrarum Catho-
 „lico nomine gloriantur, Nos, qui *Uni-*
 „*geniti Filii Dei*, & Salvatoris nostri
 „Jesu Christi vices, nullo licet merito-
 „rum nostrorum suffragio, in terris geri-
 „mus, eos omnes, cujuscunque sta-
 „tus, gradus, ordinis, & conditionis
 „illi sint, etiamsi Episcopali, Archi-
 „episcopali, aut alia qualibet, etiam
 „cardinalatus dignitate præfulgeant,
 „qui memoratæ Constitutioni nostræ
 „debitam & omnimodam obedientiam
 „præstare hæcenus recusarunt, aut in-
 „posterum recusare ausi fuerint, ut ve-
 „ros sanctæ Ecclesiæ Romanæ filios non
 „agnoscere: neque ut nobis, & Beati
 „Petri cathedræ, quod falso autumant,
 „adhærentes & consentientes, sed con-
 „tra potius, uti aperte inobedientes,
 „ac notorie contumaces, & refracta-
 „rios habere, tenere ac reputare, &
 „quoniam primo ipsi a Nobis, & sancta
 „Romana Ecclesia, si minus expressis
 „verbis, factis certe, pertinacisque &
 „obduratæ mentis multiplici significa-
 „tione recesserunt, illos similiter a No-
 „bis tanquam a nostra, & ejusdem sanctæ
 „Romanæ Ecclesiæ charitate, prorsus
 „segregatos haberi, nullamque proinde
 „Nobis, & ipsi sanctæ Romanæ Ec-
 „clesiæ

A a a 2

Sæc. XVIII. „clesiæ deinceps cum illis communio
 A. C. 1718. „nem Ecclesiasticam extitutam, donec
 „quod faxit Deus, integre resipiscant,
 „rejectaque penitus audacia refragan-
 „di, per exhibitionem veræ obedi-
 „tiæ, quam complures eorum Romano
 „Pontifici Beati Petri successori, ac Jesu
 „Christi vicario in ipsamet solemnipro-
 „fessione Catholicæ fidei, interposita
 „jurisjurandi religione, ad sancta Dei
 „Evangelia sæpius sponponderunt, pri-
 „stinæ charitati, & unitati ab eadem
 „Apostolica Sede restitui mereantur.
 „Ad vos postremo, venerabiles Fra-
 „tres, Patriarchæ, Primate, Archiepi-
 „scopi, Episcopi, cæterique omnes Ec-
 „clesiarum Præsules, gaudium nostrum
 „& corona nostra, Apostolicæ dilectio-
 „nis nostræ, sermonem convertimus,
 „hortantes vos & obsecrantes in Do-
 „mino, ut pro eo, quo polletis Passio-
 „nali Zelo commissas vobis Christi oves
 „a venenatis pascuis, id est profana-
 „rum vocum, & doctrinarum novita-
 „tibus sedulo arceatis, simulque patet
 „nam sollicitudinem nostram in revo-
 „candis ad saniora consilia quibuscom-
 „que dissidentibus efficacius adjuvetur,
 „ita ut vobis indivulsam cum sancta
 „Romana Ecclesia in doctrina fidei uni-
 „tatem, quod jam plerique vestrum e-
 „gregie præstitistis firmissime profiteamini.

Sæc. XVII.
A. C. 1718:

„tibus, Christiani omnes agnoscant, vos
 „longe ab iis esse, qui elongaverunt se
 „a Nobis, ac illorum damnabilem in-
 „obedientiam una nobiscum adversari
 „& improbare, eosque, nisi resipue-
 „rint, a communis societatis charitate
 „prorsus alienos habere. Utinam qui
 „paternis hactenus humilitatis nostræ
 „vocibus reluctati sunt, vobis omnibus
 „non modo arguentibus, obsecrantibus
 „& increpantibus, sed & ab eorum
 „consortio penitus abstinentibus, eru-
 „bescant, confundantur & convertan-
 „tur, detque illis Deus poenitentiam
 „ad cognoscendam veritatem, ut se-
 „cundum Apostolicam doctrinam id-
 „ipsum tandem dicamus omnes, &
 „non sint in nobis schismata: finius
 „autem perfecti in eodem sensu ut in
 „eadem sententia, auxiliante nobis per
 „omnia gratia Domini nostri Jesu Christi
 „cui est honor & gloria in sæcula Amen. „

§. LXV.

*Pontificis epistola ad Regium Regni
 Moderatorem.*

Hanc Constitutionem Pontifex sepa-
 ratim ad Philippum Aurelianen-
 sem Ducem Regni Moderatorem trans-
 misit, postulans ab eo, ut Pontificiam
 hanc animadversionem ac conatum sua
 etiam

*Epist.
Clem. XI.
pag. 2206.*

A a a 3

etiam

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

etiam auctoritate ac patrocinio iuvare velit, quatenus hi refractarii tandem aliquando resipiscant, & fidelium scandala cessent. Hanc in rem die vigesima nona Augusti has ad eundem dedit literas:

„Quantis officiis, studiis ac laboribus curaverimus, ut pauci illi istius inclyti Regni Antistites, alique nonnulli Ecclesiastici viri eorum allecæ, qui sese Constitutioni nostræ, quæ incipit: *Unigenitus* submittere hæctenus detrectarunt, ad debitam cum cæteris Christi fidelibus in Apostolica doctrina profitenda unitatem venirent, ac sensus sacro suo munere, atque ordine dignos susciperent, nemini magis, quam tibi compertum est, celestissime in Christo Fili noster, qui ad redintegrandam animorum concordiam, & sedanda Ecclesiarum istarum dissidia, quæ non minorem Reipublicæ, quam religioni perniciem potendere videntur, prudentiæ & regiminis tui opem Pontificiis curis nostris pio, ac laudabili fœdere sociatum non omisisti. Quoniam autem obfirmam eorum pertinaciam, quam neque Apostolici culminis reverentia, neque animarum pericula, neque orthodoxæ fidei detrimenta, neque summum sollicitudinis nostræ preces, suffragiones

„fiones, minæque flectere hætenus po- Sæc. XVIII.
 „tuerunt, neque itidem sedulitas & fa- A. C. 1718.
 „pientia tua a fovendis diffensionibus
 „dimovere ullatenus valuit, debitum,
 „ac vere necessarium Apostolicæ nostræ
 „servitutis officium periclitantibus Ec-
 „clesiis præstare, ac Deo præcipienti
 „tandem persolvere coacti sumus. Ne-
 „que enim Nobis fas erat in tanto Do-
 „minici gregis discrimine ulterius ta-
 „cere. Cæterum tametsi diuturna Re-
 „nitentium contumacia acriora sacro-
 „rum Canonum judicia postulasset, con-
 „junctam tamen animadversionibus no-
 „stris paternam benignitatem in datis
 „nuper per Nos ad universos Christifide-
 „les literis facile deprehendes, quam
 „quidem agendi rationem eo libentius
 „tenere maluimus, quia Tibi gratio-
 „rem fore putavimus. Reliquum nunc
 „est dilectissime in Christo Fili noster,
 „ut qui hætenus in revocandis erran-
 „tibus charitati nostræ, tum etiam le-
 „nitati obsecundasti, omniaque man-
 „suetudinis remedia irrita fuisse com-
 „peristi, jam nunc qualescunque in-
 „choatæ a Nobis severitatis stimulos
 „brachii quoque tui patrocínio adju-
 „ves, ut diffensionis authores omnibus
 „erroris præsidiis exuti, & salubri
 „utriusque potestatis consensione exci-
 „tati a pervicacia sua aliquando resi-
 „piscant,

A a a 4

Sæc. XVIII. „piicant, atque ad agnitionem verita-
 A C. 1718. „tis, viamque salutis revertantur. Po-
 „stulant id a Te vota populorum, Re-
 „gni tranquillitas, Regis innocentia,
 „postulant obedientium humilitas, in-
 „obedientium procacitas, inprimis vero
 „postulant animarum salus, tutela Re-
 „ligionis. Hoc ipsum & Nos non modo
 „nostris, sed & Ecclesiæ universæ hor-
 „tationibus, precibus, obsecrationibus
 „impensissime postulamus.”

§. LXVI.

*Eadem hæc Constitutio ad diversos
 Cardinales & Franciæ Episcopos
 a Pontifice transmissa.*

*Epist.
 Clem. XI.
 pag. 2307.
 Et seqq.*

Hanc eandem Constitutionem sum-
 mus Pontifex die decima tertia
 Septembris ad Melchiorem de Polignac
 Cardinalem transmisit, eo fine, ut pa-
 lam faceret, a se nullum prætermis-
 sum esse paternæ charitatis officium,
 quo dissidentes animos ad concordiam
 & errantes ad viam justitiæ revocari
 posse existimavit: Eapropter hunc Car-
 dinalem rogabat, ut sicut pro mun-
 ris sui ratione Pontifex vehementer
 sollicitus est, ut hæc literæ eum pariam
 fructum necessariæ tranquillitati tan-
 topere necessarium, qui ab hominibus
 bonæ voluntatis maxime speratur, ita
 ipse

ipse præcipuum ac laudabile in id Sæc. XVIII.
 studium suum modo luculentius, quam A. C. 1718.
 unquam alias testatum facere velit.

Pag. 701.

Jam antea die decima tertia Josephus Langletus Sueffionensis Episcopus summum Pontificem de officio erga Gratianopolitanum, ut diximus Episcopum impenso, necnon de edito suo mandato certiozem reddiderat, quocirca Clemens die decima tertia Septembris ad eundem novam suam Constitutionem transmittens, hæc respondit.

„Auxit existimationem de Te nostram
 „epistola, quam idibus elapsi Mensis
 „Augusti ad Nos dedisti, in qua lucu-
 „lenter confirmas, quantum tibi semper
 „cordi fuerit, ne ulla gregis tui pars
 „pravæ opinionum abrepta studio a
 „veritate auditum averteret, neve fin-
 „gens sibi laborem in præcepto, debitam
 „Beati Petri Cathedræ subjectionem
 „subdolis, ac prorsus execrandis arti-
 „bus declinaret, quove etiam Zelo hisce
 „præsertim temporibus incumbas, ut
 „contumaces & Refractarii pastoralis tua
 „charitate, patientia, doctrina, & offi-
 „ciis excitati, ad justitiæ tandem se-
 „mitam revertantur. Monitum vero
 „typis impressum, quod literis tuis ad-
 „junctum ad Nos misisti, eodem, quo
 „illæ abunde scatent, spiritu refertum
 „esse, magnumque proinde Nobis ex
 „ipso

A a a 5

„ipso

Sæc. XVIII. „ipsius sedula lectione (cum primum
 A. C. 1718. „datum fuerit) gaudium oriturum non

„dubitamus. Quamvis autem pro ex-
 „plorato habeamus, in his rebus non
 „aliud tibi propositum, constitutumque
 „fuisse, nisi ut ministerium tuum impleas,
 „eamque tibi compares retributionem,
 „quam reddet unicuique pro merito-
 „rum mensura Dominus in illa die ju-
 „stus Judex; verumtamen virtutem
 „tuam Pontificia, ac sane uberi, ac
 „prorsus debita laude carere non parti-
 „mur. Cæterum, quo alacrius Fra-
 „ternitas tua initam viam tenere per-
 „gat, mentemque in hoc gravissimo ne-
 „gotio nostram usquequaque persepe-
 „ctam habeat, exemplum tibi mitti-
 „mus Apostolicarum literarum nuper-
 „rime a Nobis editarum adversus eos,
 „qui Constitutioni nostræ *Unigenitus*,
 „congruam obedientiam exhibere ha-
 „ctenus detrectarunt, vel in posterum
 „detrectaverint: minime dubitantes
 „Te sensibus vestigiisque nostris ea con-
 „stantia inhæsurum esse, ut & nomi-
 „ni tuo major, in dies solidæ gloriæ
 „cumulus & paterno cordi nostro non
 „justissimi solatii materia præbeatur.

Pariter Pontifex eadem die ad Car-
 dinales Rohanium & Bissyum præfata
 Constitutionis exemplar misit, horum-
 que primo in suis literis significavit
 quod

quod post longissimam patientiam non tam ad puniendos, quam ad viam salutis revocandos renitentes severitate usus sit, quin tamen paternam charitatem, quam ipse Cardinalis in suis literis anno priori decima Julii se agnovisse testatus fuisset, exuerit, de cetero autem speret, quod hic Cardinalis eo studio, quo olim Constitutionem *Unigenitus* statim acceptavit, pariter hujus integram & universalem in Gallis executionem procuraturus sit: In epistola autem ad Bissyum data Pontifex eidem exposuit rationes, ob quas die octava Septembris hanc Bullam edidisset, & quidem I. quia eadem die occurrebat festum Nativitatis B. V. M. de qua canit Ecclesia: *cunctas hæreses sola interemisti in Universo mundo*. II. Quia illa abhinc die, quinque præterfluxerint anni, a quibus spatio ad subjectionem sat prolongato Bullam *Unigenitus* promulgaverat. III. Quia eadem die finitæ erant trium Mensium induciæ, quas idem Cardinalis in sua die vigesima tertia Maij data epistola petierat.

Quoniam vero Appellantes pro more suo in vulgus sparsissent, quod Joannes Henricus Antonius Episcopus Bellovacensis a castris veritatis ad rebellionis signa desciverit, hujus vero rumoris falsitatem ex ipsius hujus Præsulis

lite-

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

Sæc. XVIII. literis die quarta Septembris Romam missis Papa edoctus erat, hinc ad eundem Episcopum novæ Constitutionis exemplar transmisit, eumque incitavit, ut iis, quæ fors in ejus Diæcesi adhuc corrigenda supersint, protinus emendatis, luculentiora in dies eximie virtutis suæ argumenta dare velit. Denique die prima Octobris ad Jacobum Arelatensem Archiepiscopum, qui de silentio per Regentem imposito suis literis die quinta Decembris anno prioridatis querebatur, Pontificis responsum ad eundem Regentem unacum novæ Constitutionis literis transmisit.

§. LXVII.

Noaillii Cardinalis appellatio solemniter promulgata.

Acta publ.
Const. p. 426.
Dorfan. l. c.
pag. 430.
Merc. Off.
pag. 441.

Postquam Cardinalis Noaillius Pontificis Constitutionem Romæ promulgatam, & per totum Regnum divulgatam compererat, proin se ab Ecclesiæ & fidelium communiione segregatum viderat, die vigesima tertia Septembris Regium Regni Moderatorem accessit, eidem exponens, quod in præsentis rerum vicissitudine, ut suam appellationem publicam faceret, compulsus esset: cum vero Pontificem, & Rohanium Cardinalem instituros præ-

videret, ut ab officio Præsidis in con-
 scientiæ Tribunali amoveretur, hinc
 ne Regni Regens cum Pontifice rursus
 collideretur, sponte sua hoc munus di-
 mittere decrevit: Annuit haud diffi-
 culter Princeps, ingemuit tamen, probe
 prospiciens, quod ad eam pertrahen-
 dus sit necessitatem, ut se Noailii ho-
 stem declarare, & Acceptantibus pa-
 lam adhærere cogeretur: Igitur Noail-
 lius die vigesima tertia Septembris Ec-
 clesiæ suæ Cathedralis Canonicos con-
 vocat, eisque pro suæ appellationis
 jam anni prioris die tertia Aprilis in-
 terjectæ promulgatione mandatum
 suum die vigesima quarta Septembris
 a se signatum prælegi jubet. Illius
 summa erat hæc:

Sæc. XVIII.
 A. C. 1718.

Nostris studium meum, quo turbas
 per Constitutionem *Unigenitus* excitatas
 sedare, pacemque reddere conatus
 sum: nec ignoro, quod vestrum qui-
 dam nimis longam patientiam & lon-
 ganimitatem meam carpsent; ne vero
 nostra fides vobis suspecta esset, sæpe
 vobis animi nostri sensa exposuimus,
 unde vos calumniis contra me sparsis
 fidem non adjicientes de fidei meæ pu-
 ritate & de intentionum mearum recti-
 tudine persuasi fuistis.

Ne vero proluxa gravissimi hujus
 negotii relatione vos fatigem, dixisse
 suffi-

Sæc. XVIII. A. C. 1718. sufficiat, quod pacis studio omnia, ex-
cepta veritate, sacrificanda censueri-
mus, multa ergo sustinimus & feci-
mus, ut quodam temperamento simul
veritatem pacemque conservaremus,
de nostro pacis amore adeo persuasus
erat Rex defunctus, ut nunquam dis-
sensionis culpa mihi imputari valeat.

Nunc autem conclamata pacis spe,
reductus sumus ad justæ defensionis ne-
cessitatem, & reprimendam malitiam
eorum, qui hac Constitutione abuten-
tes dogmatis puritatem, Christianam
morum sanctitatem, & scholarum li-
bertatem impetunt: unde ad extremum
remedium recurrere nobisque a tem-
pestate, quæ capiti nostro imminere
posset, per appellationem ad Univer-
sali Ecclesiæ Tribunal præcavere co-
gimur.

Hanc vero viam esse legitimam &
Canonicam, usu omnium sæculorum, &
primæ notæ sanctorum Conciliorum
& Const. decretis, antiquis Canonibus
& Ecclesiæ nostræ libertatibus com-
probatum esse, paulopost Instructione no-
stra Pastoralis demonstrabimus.

Ex his rationibus appellationem
quam anno priori die tertia Aprilis in-
terposuimus, & pacis amore secretam
tenuimus, publicam reddere tenemur:
hac juxta Regni consuetudines & Theo-
log.

logorum doctrinam omnium quæ ante Sæc. XVIII.
 & post contra hanc appellationem at- A. C. 1718.
 tentari possunt, effectus suspenditur:
 nihilominus non cessabimus concordia
 media etiam lacrimis ante Deum quæ-
 rere, ut vel sancto Ecclesiæ Gallicanæ
 consensu, vel explicationibus toties a
 Papa expetitis pacem obtinere valea-
 mus. Quod autem nil aliud, nisi quod a
 doctissimis Pontificibus & sanctissimis
 Episcopis actum est, petamus, cogno-
 scetis ex pluribus exemplis in nostra
 Instructione allegandis, faxit Deus, ut
 pax & veritas adeo salvetur, ut Con-
 cilio Universalis iudicium expectare non
 teneamur.

De cetero ferventibus his turbis uni-
 tatis vinculum solvendum non est, de-
 claramus ergo, quod inviolata fide erga
 D. Petri Cathedram tanquam centrum
 Unitatis Catholicæ, visibile Episcopa-
 lis Collegii, totiusque Ecclesiæ Caput
 omnem a S. Canonibus præscriptam
 venerationem exhibere pergamus, vos-
 que omnes ad eandem submissionem
 debitam hortemur, nec unus alterum
 injuriosis verbis laceffat, sed vestris
 orationibus a Deo petite, ut iusta no-
 stra & tot Episcoporum, ac Ecclesiasti-
 corum utriusque Cleri desideria com-
 pleantur, pacemque eam obtineamus,
 quæ

Sæc. XVIII quæ bona est, & boni causa initur, ac
A. C. 1718 Deo copulat (*).

Dorsann.
pag. 430.

Huic Noailii Cardinalis appellationi viginti septem Canonici (excepto Montebizeo) necnon Parisienses Parochi ductore eorum Decano nomine Hiden adhæserunt, ac die Dominica plures Parochi in suis Ecclesiis ex suggestu Noailii labores pro tuenda veritate & redanda pace exantlatos ex Quesneliano Evangelio deprædicabant, acriter declamantes contra Regulares, qui populo sinistram opinionem ingerere possent; quocirca iusserunt, ut non ad horum sed ad Parochorum sermones ad Ecclesias venirent: Proch pudor? Hæc non est vox boni Pastoris, sed circumforanei Seplasiarii.

§. LXVIII.

Novæ Hispanorum contentiones cum summo Pontifice.

Merc. Hist. Mortuo, ut memoravimus, Cardinale Emanuele Arias Archiepiscopo Hispalensi Alberonus Cardinalis ad vacantem hanc Ecclesiam a Philippo Hispaniarum Rege nominatus hujusque nominationis confirmationem
Jan. 77.
Mai. p. 470.
Dorsann.
Jour. 403.
Et 414.
Vit. Card.
Aqua. t. I.
pag. 328.

(*) S. Greg. Naz. Orat. 12. n. 36.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718

Franciscus Cardinalis Aquaviva a summo Pontifice petere iussus erat; quoniam vero Clemens nec sese Hispanis nimis propensum, nec Cæsari minus acceptum reddere satageret, aliunde vero Alberonus non ita pridem pinguisimum Malacensem Episcopatum a Papa obtinuisset, hinc habito Purpuratorum Senatu decretum est, ut Alberonus hunc Episcopatum, cui nondum pro more renuntiaffet, adhuc per semestre teneret, donec aliter decideretur. Subidem ferme tempus Hispanis Siciliam invadentibus Comes de Gallas Cæsareus Orator præter alia postulata jamjam exposita a summo Pontifice imperiosus petiit, ut Cæsareis copiis ex Mediolanensi Ducatu per ditiones Pontificias Neapolin versus liber transitus atque alimenta concederentur, Alberonus vero censuris plecteretur, eique Apostolicæ confirmationis literæ denegarentur. Inter arcta prehensus Pontifex, ut Cæsarem placaret, quædam ex his petitis eidem concessit, ne vero Hispaniæ Regem offenderet, confirmationis diploma expediri annuit, ea tamen lege, ut prius Turiaffonensis, Ausonensis in Catalonia Episcopi, & Saffariensis Archipræsul in Sardinia Cæsaris partibus adiectissimi ac propterea ab Hispanis exilio mulctatisuis Ecclesiis redderentur:

Hist. Eccles. Tom. LXIX. Bbb Ve-

Sæc. XVIII. Verum Hispaniæ Rex condiciones sibi
A. C. 1718. præscribi minime assuetus, extrema
 quæque adhibere statuit: Ejus igitur
 jussu Cardinalis Aquaviva die decima
 sexta Martii Romam delatus, ad Pon-
 tificis alloquium admitti petiit, quo non
 statim concesso vehementer questus,
 Pauluccium Cardinalem adiit, eidem
 exponens, quod Regis sui nomine pe-
 tere jussus esset, ut Pontifex Urbis ve-
 teris & Anconæ portus Hispanis na-
 vibus apertos permetteret, ac deinceps
 cunctis Ecclesiasticis a Pontifice, ejus-
 que Dataria Apostolicas literas pro Be-
 neficiis acceptare vetitum, proin ejus-
 modi diploma pro Alberono sollicitare
 supervacaneum esset: His expositis Car-
 dinalis Aquaviva summam indignatio-
 nem simulans, Albanum secessit, inde
 vero paulopost Romam reversus, rursus
 cum Pontifice collidebatur, occasio
 inde nata; cum enim Romani Guber-
 natoris jussu satellites numero circi-
 nonaginta quemdam Dulciarum Pisci-
 rem prope Cardinalis Palatium non
 capturi omnes plateæ aditus interce-
 derent, casu quidam ex ejusdem Car-
 dinalis famulitio crapula impotens de-
 mum reversurus in quemdam satellitem
 fortius impegit, eumque verbis lace-
 sivit: quocirca eum satellites secum ab-
 strahentes custodiæ dederunt: quo com-
 perti

Sæc. XVII.
A. C. 1718.

perto Cardinalis mox Papam adiit, sibi-
 que ob læsam Palatii sui, Hispanique
 Oratoris immunitatem satisfieri petiit:
 Equidem Pontifex confestim captum in
 libertatem asseri præcepit, nec his ta-
 men contentus Cardinalis, minitaba-
 tur, amplio rem satisfactionem a Rege
 suo sumendam, arboresque ex Sylva,
 quæ Gubernatoris esset, in tantæ im-
 pudentiæ pœnam, pro navigiis Hispanis
 interim cædendas: Nullum non move-
 bant lapidem Gualtierius, Tremollius,
 & Ottobonus Cardinales, ut offensum
 Aquavivam placarent, crebras etiam
 inter se habebant consultationes, ut no-
 vas inde orituras offensiones præpedi-
 rent. Aquaviva tamen, qui tantoperè
 Pontifici indignabatur, ut palam pro-
 fiteretur, quod Regis sui injuriam vin-
 dicaturus, insuperhabita Purpura in-
 ditiones Pontificias cum Hispana clade
 irrumpere paratissimus foret, Palatium
 suum, in quo se haud ultra securum
 fingeat, armatis Viris natione Hispani-
 nis firmari curavit, a quibus non raro
 prætereuntes ac præcipue Romani sa-
 tellites fustibus excepti, sæpe vicissim
 de Hispanorum tergis egregie dedola-
 tis sibi satisfecerunt: Enimvero vehe-
 menter querente summo Pontifice Car-
 dinalis a violentis ejusmodi hostilitati-
 bus abstinere jubebatur, simul tamen

Bbb 2

Men-

Sæc. XVIII. Mense Junio Regium affixit mandatum,
A. C. 1718. vi cuius Aldobrandinus Papæ Nuntius
 e Regno abire, cunctique Natione Hi-
 spani Roma sine mora excedere, om-
 nesque cum Dataria, aut alio Tribu-
 nali Romano commercium habere, sub
 pœna proscriptionis omnium bonorum
 dignitatum & officiorum jactura etiam
 ad eorum affines extensa prohibiti sunt:
 Quantumvis hujus mandati severitas
 quamplurimis, qui ex Pontificis rera-
 rio commode vivebant, præcipue pau-
 peribus Hispanis permolesta esset, ni-
 hilominus jam die quarta Junii Nobi-
 les Hispani ac ipsemet Cardinalis ejus-
 que Nepos necnon Protocarerus Abbas
 ad Portum Longonem secesserunt; quo-
 rum exemplum plusquam quatuor va-
 riæ conditionis millia sequebantur,
 relictis nonnisi viginti duobus Hispanis
 Ecclesiasticis, qui Ecclesiæ S. Jacobi
 servire jussi erant.

Interim Hannoverana & Onolsba-
 censis Legiones equestres, & ductus
 Comite de Odwir pedites in ditionem
 Pontificiam penetrarunt, ac præter
 quam quod ab incolis graves admi-
 dum exactiones extorsissent, novam
 super molestiam Pontifici crearunt; cum
 enim quidam Pontificius miles ad præ-
 mæ Onolsbacensis centuriæ aspectum
 improvide dixisset. *Ecce! tandem*

veniunt ARCHIDUCIS *Austricæ Moriones*, Sæc. XVIII.
 audito hoc convitio hujus Legionis Trib. A. C. 1718.
 unus loci Governatorem summo Pon-
 tifici affinem moneri curavit, ut pro-
 tertiviam hujus militis severe plecteret;
 eo autem respondente, quod cuilibet
 privato os obstruere haud posset, Tri-
 bunus inexpectato hoc responso offen-
 sus cum quadraginta militibus ipsum
 Governatorem accessit, & denuo mi-
 litem castigari postulavit: Hic vero huic
 petito satisfacere negligens, insuper
 ipsum Imperatorem pariter nonnisi *Ar-
 chiducem* nominabat: unde Tribunus in-
 rabiem actus Governatorem centum ver-
 beribus male multari jussit. De hac
 injuria suo Governatori illata Pontifex
 per Georgium Spinolam Nuntium suum
 Viennensem acerbe apud Imperatorem
 querebatur, cui tamen Cæsar respon-
 dit, Governatore contemptæ legioni
 satisfacere recusante, ipsumque Cæsa-
 rem cum vilipensione nonnisi *Archidu-
 cem* appellante, vicissim Sanctitas sua
 satisfactionem a solo *Archiduce* peteret.

§. LXIX.

*Tumultus in Cadurcensi Universitate
 excitati.*

Jam anno priori Cadurcensis Episco- *Dorsawm.*
 pus Regni Regentem supplex adiit, *Journ.*
 Bbb 3 ut *pag. 405.*

Sæc. XVIII. ut Universitatem Cadurcensem ab ir-
 A. C. 1718. repentibus nævis emendari curaret.

Hic igitur conscientix Tribunali hoc
 negotium commisit, quod etiam præ-
 fato Episcopo, Domino de Costa Tolosani
 Senatus Præsidi & Abbati Bourg
 Sorbonæ Doctori hanc curam deman-
 dabat: Quamprimum ergo dictus Ab-
 bas Mense Septembri Parisiis Cadur-
 cum contenderat, mox Rohanius Car-
 dinalis suggerentibus Jesuitis divulga-
 bat, quod Cardinalis Noaillius ad plu-
 rimas Diæceses atque Universitates eo
 sine Bourgium emiserit, ut hic non
 modo privatos quosdam, sed integras
 etiam Communitates ad appellandum
 contra Constitutionem sollicitaret: ni-
 hilominus Bourgius Lugduno Cadur-
 cum delatus, Universitatem adeo mu-
 tuis dissidiis scissam offendit, ut eam
 recognoscere, magis noxium, quam
 utile censeret: Hæc ipsa etiam Uni-
 versitas tandem anno hujus sæculi quinquagesimo primo a Ludovico XV. Gal-
 liarum Rege penitus abolita est: Inter-
 rim vero Tolosana Facultas Theologica
 cum pariter pro tollendis abusibus Vi-
 tatores a Regente submitti vereretur
 ipsamet Mense Decembri quædam
 emendare statuit, cumque non pauca
 præcipue quererentur, quod sollicitudo
 Facultatis, comitia negligenterentur,

minus idonei ad Doctoratus honores Sæc. XVIII.
 clandestinis artibus promoverentur, eo- A. C. 1718.
 quod Jesuitæ tum suam auctoritatem
 tanta efficacia interponerent, ut insu-
 perhabitis Doctorum oppositionibus ipsi
 non paucos sibi addictos ferme sine ullo
 examine promoverent, hinc quinque
 condiderunt statuta, quibus cautum
 est, ne deinceps Candidatorum inau-
 guratio a solo Jesuitarum arbitrio de-
 penderet, ac imposterum singulis Men-
 sibus Facultatis comitia haberentur.
 Hæc statuta præsentibus ipsis Jesuitis
 die vigesima nona Decembris fuere
 sancita, & Regii Senatus edicto die de-
 cima octava Martii hoc anno confir-
 mata. Sub idem tempus Bourgius
 Abbas ad festa Natalitia Tolosam ve-
 nit, comperto autem ejus adventu Je-
 suitæ, eisque adhærentes ad Fran-
 ciscum de Beauveau Tolosanum Ar-
 chiepiscopum literas dederunt, signifi-
 cantes, quod Abbas sub reformationis
 obtentu Doctores a subjectione erga
 Constitutionem avertere novosque mo-
 tus circa hodiernas Ecclesiæ contro-
 versias concitare moliretur: Horum
 dictis Archiepiscopus credulitatem suam
 addicens, contra Bourgium tam acer-
 bas ad Regni Regentem dedit literas,
 ut Hic per Marchionem Vrillierum To-
 losani Senatus Procuratori injungeret,

Bbb 4 ut

Sæc. XVIII. ut confestim Abbati Bourgio significaret, quatenus illico Urbe ac Diœcesi Tolosana excederet, eoquod ibidem turbas & dissidia excitasse, ab Archiepiscopo accusatus esset. Verum Noaillius Cardinalis hæc inaudiens, tam potenter hujus Abbatis causam egerat, ut Regni Regens Bourgio inceptam Cadurcensis Universitatis lustrationem prosequendi facultatem innovaret: Has Regentis literas, ubi Bourgius tum Tolosæ adhuc agens Præsidi monstraverat, Archiepiscopus inde vehementer offensus, *quo jure Noaillius sese rebus meæ Diœcesis ingerit?* exclamavit, atque a Jesuitis animatus, Bourgium tanquam pacis perturbatorem, ac turbidissimi ingenii hominem vehementissimis literis depinxit, obtinuitque, ut Bourgius Mense Aprili ad medium vergente e Tolosana Diœcesi excedere, rursus Regis edicto juberetur, & Argensonius Regii Sigilli Custos ad Tolosani Præsidem perscriberet, quod quidam Facultatis Theologicæ Doctores nuper novis statutis novitates ad perturbandam Diœcesis pacem natas invahere moliti essent, hæc ergo statuta unacum Parlamenti confirmatione ad eum transmitteret, simulque exactam omnium, quæ hac in re hucusque gesta fuissent, relationem faceret, de cetero autem,

autem, si hi Doctores rursus nova con- Sæc. XVIII.
 dituri statuta eorum confirmationem A.C. 1718.
 peterent, eam eis denegaret, ac præ-
 cipue ejusmodi novitates impostero
 introduci haud pateretur: His jussis mo-
 rem gerens Præses, cunctos Professo-
 res eo adegit, ut Regiæ legi, qua die
 septima Octobris silentium cunctis im-
 ponebatur, se inviolata fide adhæsurus
 pollicerentur, hancque eorum declara-
 tionem Facultatis Theologicæ tabulis
 inferi peterent.

§. LXX.

*Pax Badena inter Principem Abba-
 tem San - Gallensem & Hel-
 vetios.*

Mortuo Leodegario San-Gallensi Prin- Kettel.
 cipe & Abbate Monachi Raven- Dec. VI.
 spergæ in Monasterio Mereravienli pro pag. 866.
 futura novi Abbatis electione die deci- Hist. cont.
 ma octava Decembris convenerunt, pa- Chron. l. 16.
 ctumque iniere, vi cujus impostero pag. 88.
 eligendi Abbates, se sine Capituli con-
 sensu nec bellum nec pacem, nec aliam
 maximi momenti causam acturos pol-
 licerentur: His ita conventis in Abba-
 tem unanimi suffragio elegerunt Jose-
 phum de Rudolphis Laybaci in Ca-
 rinthia natum hujus Abbatix subprio-
 rem, Virum oppido prudentem, pa-
 cisque

Bbb 5

cisque

Sæc. XVIII. A. C. 1718. cisque studiosum: Hic tot calamitates suo Monasterio, Ecclesiæ ac subditis a tanto tempore injustissime illatas pertæsus, primas eo intendit curas, ut disturbantem controversiam cum Tigurinis & Bernatibus Calvinistis tandem componeret: Præfigitur publico decreto huic negotiationi dies quinta Januarii, conveniunt tam Abbatix & Catholicorum Cantonum quam Bernatam & Tigurinorum Deputati, utrinque crebra consultationes, Badenæ seu Thermis Helveticis in Ergovia habentur, in quibus Abbas per suos Deputatos, quorum unus erat nonagenarius, ore & calamo profitebatur, se Rosbacensi paci nequaquam assensurum, sed omnino, ut nova iniretur, postulare: Catholici etiam Cantones Badenam & Zurzacam Urbes reddi petebant. Diu multumque circa hoc ceteraque controversia capita utrinque disceptatum, tandem vero præcipue Cæsaris hortatu inter Principem Abbatem, Catholicos Cantonum, & Tigurinos ac Bernates Zwilianos pax inita, illiusque conditiones die decima quinta Junii subscriptæ confirmatæ sunt. Hujus autem præcipue leges erant sequentes.

I. Abbas in suas Provincias etiam Toggenburgicas restituatur, eique limitum in eas & territorialis super-

ritas asserta maneat, eidemque Toggenburgenses homagium salvis eorum privilegiis præstent. Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

II. Toggenburgicus Senatus constet triginta Catholicis, totidemque Zwinglianis, quos patria Toggios communitates eligant.

III. Gubernatorem quemcunque placuerit constituere, sit penes solum Abbatem, inferiores autem Ministri æquali numero ex Catholicis & Zwinglianis constituerentur.

IV. Provincialis Senatus suæ communitatis causas judicet, nequaquam vero in Abbatis jura inolet, sed Principis & patriæ bonum, totis viribus procuraturum se, ac in rebus Principem concernentibus Provinciali Præfecto insinuaturum jurato spondeat, omnesque incolæ post decimum quartum ætatis annum fidei juramentum ei exsolvant.

V. Judicium Provinciale a Principe selectis duodecim Catholicis, & totidem Zwinglianis constet, in criminalibus jus aggratiandi & judicii potestas sit penes Principem, cujus etiam sint multæ pecuniariæ, confiscationes bonorum, jus venandi, piscandi, bona in territorio emendi, quin tamen ea bona ad manus mortuas devolvat, vel nova telonia erigat.

VI.

Sæc. XVIII. VI. Sola Religio Catholica & Zwingliana tolerantur, earumque liberum exercitium sit permissum.

VII. Principi Abbati & Monasterio omnia ablata restituantur.

VIII. Jus confirmandi Prædicantes sit penes Abbatem, hi tamen a Catholicorum visitatione, & obedientiæ juramento Principi præstando exempti sint; multa alia constituebantur circa scholas, divisionem fructuum, circa Tempia construenda, Synodum, Prædicantes in una ex quatuor Urbibus Zwinglianis, Tiguri, Bernæ, Basiliæ, aut Scaphusii examinandos, & circa electiones Communitatum, collationes Principis &c. Denique concilium, quod si impostero controversia inter utramque partem oriretur, ea coram sex Cantonibus, quorum tres Princeps, tres vero Toggenburgenses nominabunt, vel amica compositione, vel juris ordine, non vero via facti decidentur, atque in Turgovia & Rhenan valle Pax Araviensis observetur, sitque plena amnestia, nec ulli parti expectarum in nupero bello factarum solutio imponatur.

Hæc ita fuere utrinque ratihabita nec tamen propterea cessarunt gramine & querelæ ab utraque parte propositæ, ob diversam pacis interpretationem.

tionem, Constantiensis etiam Episcopus Sæc. XVIII.
 ob suam jurisdictionem sibi a Tigurinis A. C. 1718.
 ademptam vehementer querebatur a-
 pud Cæsarem, qui etiam acerbas ad-
 modum literas desuper ad eos dedit.

§. LXXI.

*Hæc Pax a summo Pontifice tanquam
 irrita declarata.*

Quoniam vero hæc pacta non modo Merc. Hist.
 temporum calamitate, pejorum Jul. 33.
 metu, ac necessitate fuere extorta, sed
 in iis etiam pax Araviensis stabilita,
 hinc Zwingliani hujus pacis executio-
 nem in Turgovia & valle Rhenana ad-
 versus Catholicos pro arbitrio suo ur-
 gebant. Nulla amplius pacta, nec pri-
 vata nec publica, quantumvis antiqua
 & roborata, nullæ consuetudines &
 vetusti usus valebant. Divisa Ecclesia-
 rum bona cum A catholicis, Senatores
 novi ex Zwinglianis constituti, in an-
 gustias conjecti Catholici, Badenæ &
 alibi nova fana erecta, Catholicis sub
 Zwinglianorum dominatu nec gemere,
 nec hiscere ausis. Intercesserant qui-
 dem Cantones Catholici, exponentes,
 nunquam suæ mentis fuisse, ut authen-
 tica pacta ususque per nuperam trans-
 actionem convellerentur, neque ut Epi-
 scopo Constantiensi tanquam tertio,
 jura

Sæc. XVIII jura sua diminuerentur. Ast sectario-
 A. C. 1718. rum aures semper sunt obturatæ, ubi
 de Catholicorum tolerantia sermo ingeritur, præcipue dum potentia sua fre-
 ferociæ suæ frænum injici posse haud timent. Cæterum Princeps San-
 galensis die decima sexta Septembris ad summum Pontificem literas dedit, in quibus exposuit, quod dura rerum, & temporum, in quibus versabatur, conditio ab ipso expresserit assensum compositioni pacis Badenæ, *id tamen*, respondit Pontifex in suis ad eam die vigesimo Octobris datis, *minime satisfacit, nec est leniendo dolori, quem ex ipsa translatione suscepimus plane acerbum, ac inde profecto ad eam approbandam cui etiam dissimulandam adduci ullo modo potuimus & possumus.* Quamobrem expensè diligenter illius authentico ante aliquot dies ad Nos allato documento totaque re mature discussa, Pontificii Muneris nostri esse duximus, gravissimo vulnere, quo per plures ejusmodi pacificationis articulos Catholica Religionis authoritati, hujus sanctæ Sedis, ac istius Monasterii, illiusque pro tempore existentis Abbatis jurisdictioni & rationibus inflictum fuit, opportune mederi, & de ipsa pacificatione id statuere, quod aliis nostris in simili forma Brevis nuperis expeditis literis, quas unacum præsentibus ad te perferri mandamus, uberius intelli-

ges, easdem itaque literas nostras ad perpetuam rei memoriam in Archivio Monasterii prædicti custodiri cures, ac interim juxta illarum tenorem pro comperto habeas, te, successoresque tuos ad ea, quæ in prædicta infausa tractatione conventa fuerunt, observanda, perinde ac si nunquam conventa fuissent, nullo modo teneri, dum Nos Deum optimum maximum enixe obsecrantes, ut actus tuos dirigere in beneplacito tuo, ibique continenter adesse dignetur, quatenus divina roboratus ope, quod infirmum inveneris, consolidare, quod confractum, alligare, & quod abjectum, reducere aliquando possis, eum in scopum Apostolicam Benedictionem Tibi dilectæ Fili peramanter impertimur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

Jam anno priori die decima octava Maij Pontifex implorato Cæsaris & Philippi Aurelianensis Ducis auxilio deplorabat, a Zwinglianis non modo S. Galli Monachos nefarie depulsos, Monasterium opibus & antiquis possessionibus per summam iniquitatem ereptis exhaustum, novisque injuriis & damnis afflictum, sed & præcipue disjecta atque prostrata in Templo Altaria, direptum sacrarium, sepulcra, etiam eorum, quorum memoria in benedictione est, impie violata, sacras imagines aut fœdatas, aut in frustra discerptas, confracta Sanctorum simulacra, ipsam Panis Eucharistici Arcam pollutam, publico-

Epist.
Clem. XI.
pag. 238.
Clem. Const.
261. Binn.
Appar.
Part. XI.
pag. 382.

Sæc. XVIII. que debacchantium objectam ludibrio
 A. C. 1718. ac maximam demum Sacrorum om-
 nium factam vastationem & stragem:
 Nempe hæc Christianæ charitatis opera
 suadet civilis & Theologica Calvinitarum
 tolerantia: Præcipue vero intimo do-
 lore paternum summi Pontificis ani-
 mum laniabat insensibilitas eorum,
 qui tam enormes injurias, sacrilegas-
 que violentias vindicare debuissent ac
 potuissent, nullo tamen mentis sensu tacti,
 non nisi patientiæ, tolerantæ, fatalis-
 que pacis scutum opposuerint, ubi e con-
 trario Protestantes, si Catholicus fors
 Templi Calviniani fenestram coniecit,
 vel loco minoris Statuæ B. V. aliquanto
 majorem suæ domus parieti affixit (*)
 omnium Principum aures querelis ob-
 ruunt, arma, cælum, terram atque
 infernum in vindictam provocant. Ut
 ergo Pontifex saltem, quantum posset,
 Officii sui partibus non deesset, hanc pa-
 cem omnino irritam declaravit, edit
 hanc in rem Apostolico, ut vocant,
 Brevi, in quo recenset, quod in non
 pacificatione Badensi liberum sectæ execra-
 citium in quibusdam locis permit-
 ipsosque Calvinistas unacum Catholicis
 ad Officia publica absque ullo discrimine

(*) Hanc litem anno priori Nordlingen-
 Teutonicis Equitibus intenterunt.

admitti: Parochis A catholicis ex-
 actam puerorum institutionem com-
 mendari, pluraque alia orthodoxæ fi-
 dei, cultui Divino, animarum saluti,
 Abbatis & Monasterii jurisdictioni,
 auctoritati, exemptionibus, privile-
 giis, bonis ac juribus repugnantia fue-
 rint statuta, firmataque, quamvis er-
 go, inquiebat Pontifex, ex se ejus-
 modi pactioes de rebus ac bonis Ec-
 clesiasticis, absque Sedis Apostolicæ
 auctoritate, cum tanto Religionis &
 Catholicorum damno initæ, nullius
 sint roboris, nihilominus ad majorem
 cautelam hanc ipsam pacificationem
 quoad articulos, Monasterio aut Reli-
 gioni noxios irritam, & inquam de-
 claravit, neminemque ad ejus obser-
 vantiam obstringi, nec ullum cuiquam
 jus inde enasci pronuntiavit.

§. LXXII.

*Catholici ex Sinensi Imperio
 ejeti.*

Jam anno hujus sæculi decimo tertio
 Jastos seu Oustas Æthiopiæ Rex
 erga Catholicos, fidemque Catholicam
 propensissimus Missionarios P. Libera-
 tum Weis, Michaellem Pium de Zerbe,
 & Samuelem a Biumo Austriacæ Pro-
 vincię Alumnos Ord. S. Francisci a
 Hist. Eccles. Tom. LXIX. Ccc Pon-

*Turf. Hist. cont. p. 420.
 Kettel. l. c. pag. 867.
 Epist. Clem. XI. pag. 1963.*

Sæc. XVIII. Pontifice submissos in Metropoli sua
A. C. 1718. Guethar perbenigne excepit, non sine
 magna uberrimæ messis spe, & Catho-
 licæ Religionis ibidem propagandæ
 augurio, maximoque summi Pontificis
 gaudio, qui etiam missis ad Regem
 literis ac donis suam testatus est gra-
 titudinem: cum vero inimicus homo
 æmulos incitaret, hi falsas, easque
 gravissimas perduellionis criminationes
 contra hosce Viros Apostolicos confin-
 xerunt, utque illos populo exosos red-
 derent, sparserunt, Idololatriam (ita
 Catholicorum sacra vocitabant) ab eis
 invehi: quocirca hi Missionarii a furente
 plebe die tertia Martii anno hujus sæ-
 culi decimo sexto lapidibus obruti pe-
 riere. Quoniam vero Rex horum in-
 nocentiam vindicare, ac populo inhu-
 manam crudelitatem exprobrare satage-
 ret, furentes ac tumultuantes facto in
 ipsum Regem impetu eum solio detur-
 barunt, atque in ejus locum quemdam
 juvenem nomine David Regem inau-
 gurarunt, qui etiam Missionarios ferali
 mortis sententia perculit, sed paulopost
 violenta morte ipse periiit. Nec magis
 prosperæ fluebant Missionariorum res in
 Sinensi Imperio; quamvis enim Cam-
 Hi Imperator jam ante aliquot annos
 Patrem Prouanam Jesuitam, ut libe-
 rum Rituum prohibitorum usum a Papa
 extor-

extorqueret, Romam ablegasset, edita Sæc. XVIII.
 tamen Constitutione Pontificia, quæ in- A. C. 1718.
 cipit: *Ex illa die*, Imperator offensus,
 accedente calumnia a Mandarino quo- Vid. supra
 dam suggesta, uti supra memoravimus, pag. 643.
 omnibus & singulis Christianis indicta Dorsan.
 capitis pœna præcepit, ut una omnes Journ.
 ex Imperio suo excederent, ac nun- pag. 393.
 quam illuc reverterentur. Hujus man- Sinenf. No-
 dati adhuc ignarus Pontifex, præfa- vit. P. Flor.
 tum P. Prouanam ad Sinenses reverti Bahr p. 124.
 jussit, qui etiam unacum Lusitano Ora- Merc. Jun.
 tore in Lusitaniam, ac inde Sinas re- p. 522. Jul.
 versurus pridie habito alloquio valedi- pag. 52.
 cens summi Pontificis pedes osculatus
 est; cum vero eo discedente Abbas Ni-
 colai Papam accederet, Hic Jesuitam re-
 dire jussit unacum ejus socio natione
 Sinensi, ac Societatis institutum nuper
 professo. Ubi ambo cubile intrave-
 rant, Pontifex præsentem Nicolai Ab-
 bate e solio surgens, ex Jesuita, ejus-
 que Socio genuflexis sciscitabatur, cu-
 jus mentis essent circa Constitutionem
 nuper contra Ritus Sinenses editam?
 ad hæc respondit Jesuita, se sentire,
 eam esse sanctissimam, optimamque,
 socius quoque subjunxit, se potius mori,
 quam illam transgredi velle. Tum
 Pontifex ad Abbatem conversus, gau-
 deo, inquit, quod hi te præsentem suam
 mentem explicaverint, ad Jesuitam vero

Sæc. XVIII. dixit, ambo igitur jurate, vos decre-
A. C. 1718. tum meum religiose observaturos, quo
 facto iussit Pontifex, ut pariter idem
 juramentum in manibus Petri Ludovici Caraffæ Secretarii Congregationis
 de Propaganda fide coram Notariis &
 testibus exsolverent: eo præstito ambo
 Mense Junio Roma discesserunt, sed
 P. Prouana per integros novem Mes-
 ses ob adversam valetudinem in variis
 Europæ regionibus diversatus, tandem
 continuata navigatione prope promon-
 torium bonæ spei e vivis excessit, cu-
 jus cadaver, ne Imperator eum ad Si-
 nas, uti districte præceperat, hand
 rediisse arbitraretur, Macaoum est trans-
 latum. Hinc inter fabulas reponen-
 dum censeo, dum J. L. Mosheimus in
 suis Sinenf. Novit. p. 181. §. 322. scri-
 bit, quod P. Prouana Mezzabarbam ve-
 faria fraude pessumdare conatus sit, & nihil
 Auctor hunc Patrem id, si Cantonem
 adventaret, in mente habuisse, intel-
 ligatur, falsitatis & calumniæ convic-
 titur, cum Prouana ante Mezzabarbarum
 adventum jam fatis cesserit.

§. LXXIII.
 Continuatio belli Cæsarem inter &
 Hispanos,

Cum Philippus V. Hispaniarum Rex Sæc. XVIII. A. C. 1718.
 improvisa Sardiniae occupatione, & Siculi Regni invasione Europæ pacem tam charo sanguinis pretio redemptam perturbaret, armisque Cæsareis victribus contra Turcas remoram poneret, hinc Cæsar, Franciæ & Angliæ Reges tempestive belli flammam extinguere adlaborabant. Hanc in rem præprijis a Stanhopio Angliæ Legato significatum Monteleoni Hispano Oratori, jam die duodecima Junii, Bingio Archithalaffo classem bellicis viginti navibus validam portu solviffe, Regemque Angliæ die secunda Augusti pactis quibusdam conditionibus fœdus cum Cæsare, Gallis, & Batavis pepigisse, eidem ipsum quoque Sardiniae Regem accessisse: Hi etiam pacem reddere intenti, has Hispanis proponebant conditiones, ut Cæsar Philippum in legitimum Regni Hispanici possessorem, ejusque Filium primogenitum Ducatum Florentini, Parmensis & Placentini, deficiente eorum progenie, successorem agnosceret, Hispanus vero Sardiniam, cunctasque Italiæ & Belgii ditiones unacum Finarii Marchionatu Cæsari relinqueret. Rejectis autem hisce pactis Hispani cum sua classe Siciliam invasere, ac die quinta Julii Panormum, Siracusam, Trepannum, Sal-

Theatr. Europ.
 p. 235. t. 21.
Hist. du Princ. Eug.
 l. 15. p. 192.



Sæc. XVIII. vatorem, Messanam, & Milaccum plu-
 A. C. 1718. resque alias urbes eiectionis Sabaudis,
 qua armis, qua deditioe ceperunt.
 Ast rapidum victoriæ cursum intercidit
 Architalassus Bingius, qui die undecima
 Augusti cum sua classe prope Messa-
 nam appulsus, inito navali certamine
 quinque Hispanorum naves incendit,
 & quatuor mari demersis, alias unde-
 cim unacum Castagnetta Hispano Ar-
 chithalasso cepit, reliquæ Melitam
 delapsæ postea ab Anglis interceptæ
 sunt, adeo, ut tota Hispana classis
 igne, aqua, & captivitate uno die pe-
 riret. Paulopost Cæsarei Hispanos ag-
 gressi post mutuam utriusque partis cla-
 dem horum castra obsessa cinctaque tene-
 bant. Demum ad Hispanæ calamitatis
 cumulum accessit bellum eis a Gallis
 denuntiatum, & rusticorum in Mexico
 rebellio ob vectigalium augmentum.

§. LXXIV.

*Passarovicenses Pax Cæsarem inter
& Turcas.*

Kettel.
Dec. VI.
pag. 874.
Hist. cont.
Chron. l. 16.
pag. 83.

Interim Eugenius Princeps ad confer-
 vandum Belgradum & continuandam
 prosperam belli expeditionem
 cuncta, quæ potissimum conferre cen-
 suit, provide disposuit: vicissim supre-
 mus Vezirius Multapham olim Belgra-
 diensem

diensem Bassam ad Eugenium Principem transmisit, significans, Sultanum pacis studiosum Cæsari bello parta relinquere paratum esse, armorumque inducias petere, donec firma pax stabiliri posset. Has tamen propositiones rejiciens Eugenius respondit, tutissimum pacis medium esse bellum, ac secundos armorum successus. Nihilominus Passarovici in Servia serio de pace agi cæperat; convenerant Cæsaris nomine Hugo Comes de Virmond & Michael Dahlmanus Interpres: pro Venetis Ruzzinius Eques, Turcæ vero præter Achmet - Han Legatum suum tanquam pacis conciliatores feligebant Angliæ Regis Legatum Robertum Equitem Suttonium, & Hollandiæ Oratorem Jacobum Comitem de Colliers. Horum igitur opera die quinta Junii pacis negotium prospere cæptum, die vigesima prima Julii confectum, & ad viginti quatuor annos confirmatum est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXXV.

Hujus Pacis articuli summo Pontifici minus probati.

Præterquam quod hujus pacis articulis utriusque partis limites versus Croatiam & vicinam regionem juxta

Epist. Clem. XI. pag. 2302.

Ccc 4

Car-

Sæc. XVIII. Carlowitiense pactum, & Moldaviæ ac
 A. C. 1718. Valachiæ fines versus Poloniam & Tran-
 sylvaniam per alpes fuerint designati,
 & pro Regula utrinque acceptata sit
 clausula, *uti possidetis, ita possideatis*,
 præcipue statutum confirmatumque est,
 ut Religiosis Ordinibus, ceterisque Ca-
 tholicis juxta Prædecessorum Sultano-
 rum privilegia, indulta, edicta, pacta &
 Capitulationes liberum Christianæ Re-
 ligionis exercitium, Ecclesiæ & Do-
 micilia, necnon peregrinationes Jero-
 solymitanæ permittantur & confirman-
 tur: Cæsareis quoque Legatis liberum
 sit, sua negotia, visitationes &c. Jero-
 solymis & alibi obire & desuper cogno-
 scere, ac demum dimissis utrinque ca-
 ptivis Ragotsius ceterique rebelles in
 Turcia latentes in locis a Cæsarea di-
 tione remotis contineantur, nec un-
 quam Cæsareos limites accedant, eo-
 rumque uxoribus & liberis pariter eo-
 secedere, integrum sit. Hanc pacem
 etiam Venetorum Respublica post in-
 gentem cladem Turcicæ classi illatam
 ratam habuit, & Poloniæ Rex accepit.

Ceterum Pontifex inducias cum Tur-
 cas fuisse initas, haud æquo tulit animo,
 ratus, continuato bello Christianæ Re-
 publicæ rationibus magis consuli po-
 tuisse: Eapropter die duodecima Au-
 gusti

gusti ad Venetum Ducem, totamque Sæc. XVIII.
 Rempublicam has dedit literas. A. C. 1718.

„Non aliud profecto Nos antiquius
 „in votis habebamus, quam ut susce-
 „ptum cum immanissimo Christiani no-
 „minis hoste bellum strenue conti-
 „nueretur, firmam in spem erecti, fore,
 „ut divina clementia, quæ Christianis
 „armis hactenus benedixit, & mani-
 „feste adfuit, lætiores indies, ac fe-
 „liciores eventus fideli populo tribuere
 „dignaretur, ideoque barbari, quorum
 „impetum vos imprimis magno cum
 „ærarum vestri dispendio nec sine uberi
 „civium vestrorum sanguinis effusione
 „gloriose sustinuistis, ita tandem coer-
 „cerentur, ut Christianæ Reipublicæ
 „diu nihil ab illis metuendum foret,
 „hunc porro in scopum Nos quæcun-
 „que licuit subsidia prompto animo,
 „quemadmodum satis constat, hucus-
 „que contulimus, & conferre parati su-
 „mus, nec plane conscii Nobis sumus
 „quidquam prætermisisse, quod pro-
 „sequendo bello opportunum videri pos-
 „set. Quoniam vero hominum pec-
 „cata, & nostra potissimum fuisse cre-
 „dimus, ut alia consilia publicæ causæ
 „certe perniciofa inita fuerint, gra-
 „vissimum, quem inde suscepimus, mæ-
 „rorem non parum ea lenimus considera-
 „tione, quod Nobilitates vestræ probasse

Sæc. XVIII. „proſiteantur conditiones illas, quibus
A. C. 1718. „induciæ cum eiſdem barbaris nuper
 „rime fancitæ ſunt. Eximia ſiquidem
 „prudencia veſtra cum ſingulari publici
 „boni ſtudio conjuncta Nos dubitare non
 „ſinit, plurimum vobis cordi fuiſſe, &
 „quantum rerum ac temporum ratio pe-
 „tiebatur, ejuſmodi negotium, quo
 „majori poſſet non tam Reip. Veſtræ con-
 „modo, quam Catholicæ Religionis
 „utilitate, conficeretur. Ceterum in
 „officio, quod hac etiam occasione No-
 „bis detuliſtis, filialis veſtræ erga hanc
 „ſanctam Sedem devotionis præſtan-
 „tiam luculenter agnovimus, nec certe
 „oblata opportunitate omiſſuri ſumus,
 „præcipuis Pontificiæ charitatis docu-
 „mentis teſtatum facere, quanti egre-
 „giam virtutem veſtram, atque præ-
 „clara in Chriſtianam Rempublicam
 „merita æſtimemus, Nobilitatibus
 „interim veſtris diuturnam præcarum
 „felicitatem & Apoſtolicam bene-
 „dictionem peramanter impertimur.”

§. LXXVI.

*Crebræ in variis Provinciis Se-
 ditiones.*

*Merc. Hiſt.
 Jul. Aug.
 Mart. 237.
 127.*

Currens hic annis cladibus, turbis
 inundationibus, perfidiis & ſubdi-
 torum

torum rebellionibus plane memorabilis fluxerat: in Galliis ob auctum momentæ valorem ingens tumultus in variis Provinciis excitabatur, & Rex, Regnique Regens solemnem iudicii diem vigesimam sextam Augusti diem indixere, ad quem etiam Ecclesiastici Franciæ Pares comparere iussi, & Parlamento Parisiensi, quod Regium editum actis inferere pertinacius recusabat, ad officium redacto, quatuor Præfides custodiæ dati sunt: acrior adhuc conspiratio in Regem ac Regentem in Aquitania, Britannia minore, Normania & Pictavia ex literis septima Decembris die interceptis detecta est; quamplurimi enim Proceres, atque inter eos tres Duces olim a Rege maximis aucti beneficiis decreverant, ut cum quinquaginta armatorum millibus ærarium Regium occuparent, captoque milite prætoriano ipsum Regem captum Parlamento sisterent, illudque compellerent, ut Regiminis potestatem, donec Ludovicus Rex per ætatem capessendo Regimini par esset, in Philippum Hispaniæ Regem transferret, & deinceps Franciæ & Hispaniæ Regna conjunctim in eundem Hispaniæ Regem, ejusque Successores devolvenda declararet. Hujus conjurationis Authores plusquam triginta tres capti variis

Sæc. XVIII.

A. C. 1718.

Sæc. XVIII. riis suppliciis multati sunt, bellumque
A. C. 1718. Hispanis denuntiatum: in Biscaya Me-
 xici Provincia rebellionem a rusticis
 ob aucta vectigalia fuisse inchoatam
 jam meminimus, quæ tamen hoc
 anno in apertas erupit flammæ,
 rustici enim in Nobilium civium-
 que excidium conjurantes *Metropolin*
Bilbaum involarunt, dirutisque ac vio-
 latis monasteriis, ex incolis quotquot
 intercipere poterant, crudeliter occide-
 runt, tantumque circumtulerant terro-
 rem, ut Telonarii omnes, pluresque
 Nobiles Matronæ sub Monachorum ha-
 bitu ægre cruentas tumultuantium ma-
 nus effugerent: Non pauci tamen ho-
 rum tribunalium Ministri efferae in-
 humanitatis victima cecidere, atque
 inter eos cuidam Secretario liquam
 ex faucibus extraxere, eique oculos
 eruerunt, integram etiam familiam,
 quæ ad Templum confugerat, inje-
 ctæ igne misere excruciarunt, ac quinque
 Nobiles, & cujusdam illustrissimi Vi-
 conjugem immaniter jugularunt; cum
 vero in urbe suæ crudelitati sat litatum
 crederent, in agros effusi Nobilium
 civium, ac Ministrorum ædes, arces
 & viridaria incenderunt, absdubio ne-
 nisi cives ac incolæ omnes per inte-
 grum trimestre diu noctuque in arum
 cunctis

cunctos viarum aditus obstruxissent, ac Sæc. XVIII.
 mænia bellicis tormentis custodiissent: A. C. 1718.
 Tandem vero hæc seditio finem habuit,
 postquam Alberonus misso illuc Hi-
 spano milite onera levare, eorumque
 privilegia restitui promiserat. Insu-
 per Mense Februario Antverpiensis po-
 pulus ob tritici caritatem tumultum
 excitabat, quem tamen Cæsarei Equi-
 tes brevi compescuerunt. Longe peri-
 culosior populi motus suscitabatur in
 Brabantiae Urbibus Bruxellis, Gan-
 davi, & Lovanii; cum enim Bruxel-
 lenses fidelitatis iuramentum, quod
 nuper Philippus Andegavensis Dux per
 Comitem de Bergyck eis violenter im-
 posuerat, Cæsari præstare juberentur,
 illud vero eorum privilegiis contra-
 rium esse reputarent, hinc die vigesi-
 ma quarta Maij concitato tumultu De-
 ckeris Consulibus donum combusserunt,
 unumque ex Deputatis, qui huic ju-
 ramento subscripserat, ad necem quæ-
 sierunt, eo autem fuga elapso cuncta
 fusdeque verterunt, extrema quæque
 tentaturi, nisi eis vetus illud iuramen-
 tum a sexaginta abhinc annis usitatum,
 confirmatis eorum privilegiis fuisset præ-
 lectum, quo præstito civium motus
 sunt sedati: die autem decima nona
 Junii tumultuantium ardor recrudit,
 confluunt ferme quater mille armati,
 ac

Sæc. XVIII.
A. C. 1718

ac primo Pelletieri Consulis domum, postea Brabantini Cancellarii Palatium aliasque quinque ædes diripiunt, flammisque absumunt: ægre Senatores fuga sibi consulunt, & Archivi scrinia in PP. Franciscanorum & Capuccinorum monasteriis reconduntur: aucto demum bacchantium numero cives armati, & præsidarii milites, ut seditiosos cohiberent, in varias distribuuntur plateas: jam res ad intestinum bellum spectare videbatur; præluditur velitationibus, & utrinque plusquam triginta partim cæsi partim trucidati numerantur, promittitur præconis voce pristina libertas, & privilegiorum restitutio; nec tamen ab ædium depraedationibus cessatur; imo ne ipsius quoque Templi Sanctitas furentium temeritatem cohibere poterat, quin non Cancellariæ Sacellum spoliarent, ipsaque vasa Sacra omnemque Ecclesiæ ornatum abriperent, & Brabantini Tabellarii, Viri meritis & pietate conspiciui, domum invaderent; accurrunt armati cives, & plusquam decem ex hisce seditiosis glande trajiciunt, nihilominus hi civibus in fugam actis, præfatas ædes expilarunt: Pari quoque inhumanitate populus Gandavi & Lovanii tumultuabatur. Postquam vero non modo ferme decem civium millia

millia in agmen fuere contracta, sed etiam Cæsaris copiæ ex Hungaria in Belgium penetrarunt, dissipatis rebellibus tranquillitas reddita est. Denique periculosa conjuratio in vitam Georgii Angliæ Regis conflata feliciter detecta est; quidam enim fanaticus juvenis vix octodecim annos natus nomine Jacob Shepheard natione Anglus, ab Ormo Prædicante seductus, cujusdam Pastoris nomine Leack, qui impositum fidelitatis juramentum præstare renuerat, ancillæ literas dedit, in quibus hic furcifer significabat, sibi firmum deliberatumque esse Regem sua manu trucidare. Pastor perlectis hisce literis sibi ferales insidias strui veritus, rem Joanni Treyard Equiti, & hic Londinensis Magistratus Præfectis detexit: innox ergo horum jussu comprehensus, crimen ultro factus paulopost unacum præfato Ormo aliisque quadraginta aliis conjuratis extremo supplicio damnatus est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXXVII.

Principes atque Illustres hoc anno denati.

Vario mortis genere Principum non pauci hoc anno æternitatis viam ingressi sunt, & quidem inter hos feralem

Merc. Hist.
April. p. 360.
Maj. 440.
Jul. p. 34.

Sæc. XVIII. ralem oppido memoriam reliquit infe-
A. C. 1718. lix Princeps Alexius primogenitus Pe-

Hist. cont.
l. 16. p. 45.

tri Magni Moscoviæ Ducis Filius. Hic
juventa ferox in prærupta voluptatum
non tam currens, quam ruens vitam
tanto Principe indignam agebat, ac
paternæ correctionis impatiens infcio
Patre suo Viennam ad Cæsarem pro-
fugit, caussatus, se a Patre suo
non modo crudeliter vexari, sed & so-
lii jure & vita spoliari: quocirca Kuff-
steinium velut securitatis portum de-
latus, postea Neapolin secessit, inde
vero ineunte Mense Octobri Romam
nemine cogitante ingressus, in Cardi-
nalis Paulucii Palatio excipiebatur.
Die tertia Novembris eodem Cardinale
& Carolo Albano Duce comitantibus
Basilicam & Palatium Vaticanum, nec-
non Ecclesiam Liberianam & Late-
ranensem invisit, ubi dentem S. Hie-
ronymi, quem pari cum Russis origi-
ne ortum dicebat, venerabundo pro-
secutus est osculo. Interim Petrus ejus
Parens degenerem Filium suum Romæ
morari ab Alexandro Ruemansdorff
prætorianæ militiæ Tribuno edoctus,
Tolstoyum Secretarium suum eo able-
gabat, ut Principem nulla mora Pe-
troburgum reduceret. Hic ergo die
nona Novembris Romam advenit, ac
biduo post inde discedens cum Principe
Alexio

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

Alexio die quarta Januarii Custrinum, ac tandem die vigesima prima Februarii Moscoviam venit: Eadem adhuc die Princeps cum suo Patre longum habuit colloquium, habitoque Senatu die vigesima quarta ejusdem Mensis omnes præfidiarii milites arcem cingere, cunctique Regni Proceres in ejusdem arcis Aula, omnesque Ecclesiastici in Ecclesia Cathedrali convenire jussi sunt: paulopost Alexius Princeps inermis & pedes coram suo Patre producitur. Hic Filio literas, in quibus cuncta ejus crimina longa serie descripta continebantur, tradidit, quibus a Schaffiroso Pro-Cancellario perlectis Princeps lacrimis diffluens, atque in genua provolutus vitæ gratiam petiit, quam ei Pater concessit, ea tamen lege, ut manifestatis iis, qui nuperæ a Regno fugæ consilium suggessissent, pro se suoque Filio Alexiowitio in omnia Regna ac Provincias successionis juri nuntium in perpetuum mitteret, suamque renuntiationem scriptotenus confirmaret, quo facto omnes Regni Proceres ac Ministri hunc successionis incapacem, legitimum vero Imperii successorem esse Petrum secundo genitum Ducis Filium juramenti religione profitebantur. Soluta hoc conventu Dux ceterique omnes ad Cathedrali processere, ubi pariter

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

D d d riter

Sæc. XVIII. A. C. 1718. riter omnes Ecclesiastici præfato juramento sese obstringere, omnesque Parochi Ducis declarationem in Ecclesiis e suggestu notam facere jubebantur: juvenis vero Princeps in quodam Monasterio quatuor leucis distito captus detinebatur: cum vero hic ad Euphrasinam suam pellicem literas dedisset, in quibus a sua captivitate evadendi modum eidem manifestans, se ad Megapolitanum Ducatum secessurum significabat, ut Moscovitis ibidem castra metantibus in suas partes pellectis rebellionem concitare, Patremque suum throno & vita exuere posset, interceptis hisce literis Dux Filium suum de perduellionis, læsæque Majestatis crimine convictum ex omnium Procerum, Ecclesiasticorum, & civilis ac bellici Senatus judicio mortis reum pronuntiavit: Feralis hæc sententia die quinta Julii Alexio Principi denuntiatur, qua percepta totis artibus contremiscens apoplexia tangitur, adhibitis tamen medicamentis biduo post convalescens, mox coram Patre suo, qui unacum Principe Menzikovio eum inviserat, in genua procubuit, ac sententiam in se jure latam professus, delicti veniam perdemisse petiit, cui etiam Pater in mutuos amplexus ruens inter uberrimas utrinque lacrimas libentissimè

bentissime omnia hucusque perpetrata **Sæc. XVIII.**
 condonavit, ac dolore paternum pe- **A. C. 1718.**
 ctus laniente secessit: Ejusdem diei
 hora quinta vespertina Princeps misso
 ad Patrem Tribuno rogavit, ut rursus
 illum visum ire dignaretur: nulla mora
 Pater accedit, ast in via constitutus,
 Filium suum jamjam expirasse, nun-
 tium accipit, quem etiam in feretro
 publice expositum in Templo SS. Tri-
 nitatis sepeliri jussit, & Principem Dol-
 horuckium, qui tamen proxima die
 Dominica mortuus est, Principem Mi-
 chaelem, ejus Fratrem & Abrahamum
 Loupouchin unacum uxoribus & filiis
 suis in perpetuos carceres, proscriptis
 omnibus bonis detrudi, alios vero hujus
 perduellionis reos ignibus vivos com-
 buri, aliisque immanibus tormentis
 puniri præcepit.

Ceterum infelix hic Princeps An-
 no 1690. ex prima Petri Ducis Con-
 jugæ Eudoxia Loupouchini Filia a suo
 Marito in Monasterium detrusa natus e-
 rat, atque uxorem duxerat Carolinam
 Christianam Sophiam Ludovici Ru-
 dolphi Brunsvicensis Ducis Filiam, ex
 qua die vigesima tertia Octobris anno
 hujus sæculi decimo quinto in puer-
 perio octavo post die mortua Alexio-
 vicium suscepit.

Ddd 2

Ma-

Sæc. XVIII. Magis glorioso fato vivis ereptus
 A. C. 1718. est die undecima Decembris Carolus XII.

*Shmaus-
sen vit.
Carol. XII.*

Sueciæ Rex Princeps magnanimus ac
 bellicosus, sed magis temerarius, quam
 cautus, ac postremis annis haud vul-
 gare novercantis inconstantisque for-
 tunæ ludibrium, juratusque Romani
 Imperii hostis. Hic post interneccinam
 suorum cladem, & post quinquennale
 exilium Stralsundam reversus, quietisque
 impatiens Daniæ Regem bello aggres-
 sus est: ast Friderici-Hallensi obsidioni
 intentus, dum aggeri inclinatus Urbis
 situm explorabat, globo petitus perit.
 Ejus mors per novem dies celabatur,
 qua tamen patefacta Sueci relictis ca-
 stris & obsidione aufugerunt.

Hoc item anno die septima Maij
 sexagenaria in oppido S. Germani in
 Laya decessit Maria Beatrix Jacobi II.
 Angliæ Regis Vidua: Post ejus obitum
 Angli falso in vulgus spargebant, quod
 Beatrix anxii conscientia curis agi-
 tata postremis vitæ suæ horis falli-
 effet, quod Jacobus III. non nisi supposi-
 titius esset Filius: Verum hæc a male-
 volis per summam calumniam divulgata
 esse, nemo erat, qui ambigeret. Cete-
 rum Pontifex die vigesima quinta Maij
 datis literis ob hujus Regina obitum
 Jacobo ejus Filio Angliæ Regi sum-
 mum dolorem testabatur.

Obiere

Obiere in super die vigesima quarta Sæc. XVIII.
 Junii Princeps Ludovicus Fridericus A. C. 1718.
 Schwarzenburgo - Rudolstattensis, die
 vigesima secunda Augusti Henricus Au-
 gustus Princeps Nassavio - Dillenbur-
 gicus, annos natus octodecim; die
 octava Novembris Carolus Princeps
 Anhaltino - Servestanus; Victor Ama-
 dæus Princeps Anhaltino - Bernburgi-
 cus annos natus octoginta quatuor,
 Julia Princeps Albani Cognata summi
 Pontificis Pefari mortua, Romæ vidua
 Princeps Chigia, Londini Meinhardus
 Dux Schombergius, Emanuel Fride-
 ricus Ducis Saxo - Hilpershusani Filius,
 Margaretha Farnesia Mutinensis Ducis
 Vidua, Bruxellis ex morbillis Maria
 Theresia Ducissa de Pignatellis, Vien-
 næ septuagenarius Franciscus Pacchie-
 cus Dux de Uceda; Neostadii Fran-
 ciscus Comes de Bucheim ultimus suæ
 familiæ, Neostadiensis Episcopus, Lu-
 dovicus Ernestus Dux Brunsvico - Be-
 veranus, Mauritius Dux Citiensis,
 Friderica Ducis Saxo - Gothani Filia,
 & Month Aly Præfectus Reipublicæ
 Algeriensis, cui successit Mahomet
 ejus Thesaurarius.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXXVIII.

*Bandini Panciatici Cardinalis
obitus.*

*Guarnac.
vit. Pontif.
t. I. p. 328.
Vit. Card.
t. I. p. 234.*

Hoc anno nonnisi duo Cardinales morti in prædam cessere, quorum primus erat Bandinus Panciaticus patria Florentinus, qui sub patrocinio Julii Saccheti Cardinalis in liberalibus disciplinis ad maturam ætatem adolevit, & sub Magisterio Joannis Baptistæ de Luca tum celeberrimo Urbis Advocato tam egregium in Jurisprudencia profectum fecit, ut pluribus vigiliis, assiduisque laboribus eruditus in arenam ipse descenderet, ac demum difficillimum Advocationis munus in Urbe fusciperet, & suprema Judicantium subsellia conscenderet. Paulopost ad altiora proVectus, a Clemente IX. cui consanguinitate junctus erat, utriusque Signaturæ Referendarius, & Vice-Auditor Cameræ nominabatur, quo munere per plures annos summa cum laude defunctus, sponte hoc Magistratu se abdicavit, Florentiam reversus, ne in gravissima caussa inter Columnenses & Altierios Clementis X. Papæ Neptes controversa justitiam lædendi periculum incurreret, adeo erat integerrimæ mentis Judex, immotus æquitatis

tatis vindex, sceleris purus, & poten- Sæc. XVIII.
 tes æquo jure ac pauperes respiciens: A. C. 1718.

Stimulantibus autem tanti Viri meritis ab Innocentio XI. Romam revocatus, primo Commendator S. Spiritus, postea Congregationis Episcoporum Secretarius, & ab Alexandro VIII. Datararius, & Patriarcha Jerosolymitanus, ac tandem Cardinalis renuntiabatur. Mortuo Alexandro VIII. Bandinus a non paucis Successor expetebatur, objectabant tamen alii suorum Nepotum oppido egentium turmam, & immoderatum in Gallos affectum: Electo demum Innocentio XII. cum Apostolicorum jurium Assertor esset acerrimus, non raro solita loquendi ingenuitate Pontifici nimiam facilitatem in collatione beneficiorum, aliarumque gratiarum exprobrabat: unde etiam imperterrita hæc libertas adeo molesta Pontifici accidit, ut Bandino, eum a suo latere sejungendi studio, sæpius pinquissimos offerret Episcopatus. Eadem tamen animi fortitudine, qua publici ærarii damna præcavere, & Datarix jura sarta servare satagebat, eadem etiam animi constantia propositas respuebat dignitates. Adhibebatur ad decidendam gravissimam quæstionem, ad quem mortuo Carololl. Rege Hispanicæ Monarchiæ successio jure de-

D d d 4

volye-

Sæc. XVIII. voveretur, ubi Bandinus pro Gallis
 A. C. 1718. suffragium tulit. Nihilominus mortuo
 Innocentio XII. rursus plurium Cardinalium
 vota in ejus electionem conspirabant, electo
 autem Clemente XI. plurimi habitus Officium
 Secretarii Status acceptare rogabatur, recusata
 autem hac dignitate Præfecturam sacræ Congregationis
 Concilii obtinuit, aliisque pluribus Congregationibus
 adscriptus, ubique Viri in rebus Politicis versatissimi,
 & in forensibus causis Judicis integerrimi partes
 adimplevit, tandem viribus & senio fractus Romæ
 die vigesima prima Aprilis annos natus octoginta
 novem decessit, non sine maximo luctu pauperum,
 quorum liberalis Pater exstiterat.

§. LXXIX.

Carolus Bichius Cardinalis mortuus.

Guarnac.
l. c. p. 355.

Alter erat Carolus Bichius patria Senensis,
 qui cura Patru Alexandri Bichii Cardinalis
 Romam delatus, ibidem Philosophiæ, Theologiæ,
 ac Jurisprudentiæ operam navavit, & pi-
 quissimam Abbatiam Montis Majoris in
 Francia obtinuit. Cum autem Comes Lavardinus
 Ludovici XIV. Franciæ Regis Orator eidem præciperet,
 ut

ut ante ejus Palatii fores Gallica stemmata affigeret, maluit suam Abbatiam dimittere, quam Pontificem id prohibentem offendere: A Clemente IX. Cameræ Clericus, & ab Innocentio XI. Auditor Generalis renuntiatus, ab Alexandro VIII. Cardinalibus Diaconis adscriptus est: Clemens quoque undecimus Bichium magni habuit, eumque variis Congregationibus accensuit, arduisque in negotiis ejus consilium non raro ceteris prætulit. Tandem vero octogenarius die septima Novembris Romæ supremam clausit diem.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXXX.

Diversæ summi Pontificis Constitutiones, decreta, & varii argumenti epistolæ.

Occurrentibus variis, magnique momenti negotiis summus Pontifex opem, consilium, ac monita, prout temporum, rerumque necessitas exigere videbatur, adhibere, paterna sollicitudine adlaborabat: cum ergo anno priori Josephus Nicenus Archiepiscopus, & Apostolicus apud Helvetios Nuntius significasset, quod Leopoldus Lotharingæ Dux Constitutioni: *Unigenitus* obedientiam sua in ditione deferri curarit, & renitentium proterviam

Epist.
Clem. XI.
pag. 2283.

D d d 5

viam

Sæc. XVIII. A. C. 1718. viam opportunis remediis coercere curavit, hinc datis ad eundem Ducem literis die vigesima quinta Januarii illum ob ejus pietatem & Zelum commendans, se occasione nata grati animi specimina ei præbiturum pollicebatur. Insuper Pontifex a Joanne Lusitano Rege tertia jam vice petebat, ut pro avertendo Ecclesiæ, sacræ Sedis & Christianæ Reipublicæ periculo validum bellicarum navium subsidium submittere velit, quatenus Turcarum conatus strenue repelli possint.

Cum post mortem Cardinalis de Arria Hispalensis Archiepiscopi, qui literas obedientiæ suæ testes ad Papam dederat, Hispalense Capitulum Cathedralæ ac Canonici nuper datis literis die prima Octobris & rursus die vigesima quinta Novembris summo Pontifici per Joannem Antonium de Vizarron præfatæ Metropolitanæ Ecclesiæ Archidiaconum significarent, quod binis Papæ Constitutionibus, ad evellenda Jansenianæ hæresis venenata germina promulgatis debitam obedientiam alacri promptoque animo præstiterint, hinc Pontifex die octava Februarii per specialem epistolam eorum eximium sanæ doctrinæ tuendæ studium, immotumque erga sacram Sedem obsequium promeritis celebrabat laudi-

laudibus. Pariter Martinus Grana- Sæc. XVIII.
 tensis Episcopus omnesque suæ Eccle- A. C. 1718.
 siæ Canonici die vigesima prima De-
 cembris literas æqualis obedientiæ te-
 stes ad Papam dederunt, ac propterea
 die octava Martii a Pontifice præclaro
 honorati sunt encomio. Præ ceteris
 Petrus Pacensis Episcopus suum Ze-
 lum exerebat, dum non modo utram-
 que Pontificis Constitutionem promul-
 gavit, eamque exacte observari præ-
 cepit, sed etiam pro tuenda sana do-
 ctrina, & Pontificis auctoritate erudi-
 tum opus typis edidit, quapropter Pon-
 tifex hunc Episcopum literis ad eum
 die decima quinta Martii datis singu-
 lari laude prosecutus est.

Die septima Februarii Joannes Hen-
 ricus Antonius Bellovacensis Episcopus
 summo Pontifici perscripserat, quod
 paucos quosdam Confessarios, & Pa-
 rochos suæ Diæcesis, quibus ob aper-
 tam repugnantiam erga Constitutionem
Unigenitus ante triennium Officium in-
 terdixerat, in pristinum statum resti-
 tuere constituerit: Ex hoc nuntio Pon-
 tifex eo vehementius incaluit, quo ube-
 riori existimationis ac paternæ chari-
 tatis sensu hunc Episcopum prosecutus
 est ob eximium Zelum & studium sin-
 gulare, quo ad promovendam ejusdem
 Constitutionis executionem non sine
 ingen-

Sæc. XVII. ingenti Nominis sui laude hæcenus
 A. C. 1718 eum incubuisse perspectum habuit.

Postea Pontifex momenta, quibus ad
 hoc consilium Episcopus se permotum
 scripserat, se expendisse, nec tamen
 ullo pacto probare posse, rescripsit,
 „ubi enim, prosequeretur Papa, Di-
 „vinæ misericordiæ beneficio factum esse
 „cernebas, ut omnes pene Ecclesiastici
 „Viri tuæ Diæcesis debitam memoratæ
 „Constitutioni obedientiam exhiberent:
 „paucissimi vero, id est viginti tantum,
 „quemadmodum ipse ingenue fateris,
 „ex his plerique simplices, incallidi,
 „alienaque fraude decepti eam oppu-
 „gnarent, æquum profecto, muneri-
 „que tuo maxime consentaneum erat,
 „ut omni adhibita diligentia, nullo-
 „que intermisso studio contumaces il-
 „lorum animos ad obedientiam flectere
 „conareris, nunquam tamen eorum
 „voluntati obsecundares, quod si nihil
 „profecisses, opportuno saltem inter-
 „posito impedimento caveres, ne ipsi
 „universam Diæcesin inficere, adeoque
 „malum latius propagare possent. Pa-
 „storale quidem Ministerium tuum stre-
 „nuè tum executus fuisti, cum eis-
 „dem refractariis officii administratio-
 „nem inhibuisti, sed tolerabilius certe
 „fuiisset, etsi malum, nunquam eos ab
 „officio depellere, quam depullos, &
 „con-

„contumaces postmodum restituere, Sæc. XVIII.
 „tunc enim existimari potuisset, id a A. C. 1718.
 „Te gestum esse ob Sacerdotalem lon-
 „ganimitatem, atque fiduciam a Te
 „conceptam eos tandem a nefaria sen-
 „tentia revocandi, modo autem, cum
 „in ea firmiter adhuc persistant, & re-
 „stituti in pristinum locum conspician-
 „tur, non improbi duntaxat, sed probi
 „quoque viri ejusmodi restitutionem
 „exploratæ compertæque eorum inno-
 „centiæ facile referent, ac proinde
 „iis etiam, qui Constitutioni obsequun-
 „tur, lata aperietur via ad prævari-
 „cationem. Nec sane gravissimis, quæ
 „ab hujusmodi exemplo metuenda sunt,
 „malis satis te consuluisse existima-
 „mus per eas condiciones, quibus re-
 „fractarios te obstrinxisse significas:
 „præterquam quod scilicet nemo non
 „intelligit illos multifariam præsertim
 „vero in excipiendis Sacris confessioni-
 „bus, facillime posse prava sua doctrina
 „deterrimisque sensibus Christifidelium,
 „ac potissimum pusillorum mentes la-
 „tenter imbuere, exploratum est non
 „modo docere & prædicari, sed &
 „sentire aliter, quam in præfata Con-
 „stitutione præscribitur, Catholicis om-
 „nibus interdictum esse. Quod si ii-
 „dem refractarii magnam, ut asseris,
 „pietatis ac probitatis opinionem apud
 „popu-

Sæc. XVIII. „populum sibi conciliarunt, tuumerat,
A. C. 1718. „venerabilis Frater, enixo assiduoque
 „studio, & qua merito polles, aucto-
 „ritate gregem tuum ab errore, in quo
 „versatur, abducere, ac luculenter
 „ostendere, pios probosque viros esse
 „non posse, quicumque Catholicæ Ec-
 „clesiæ, ejusque visibilis in terris capitis
 „mandatis obtemperare superbe detra-
 „ctant: adeoque splendidam, quam
 „illi præferunt, pietatis & sanctimo-
 „niæ imaginem non aliud esse, nisi
 „ovinam pellem, qua lupini ingenii
 „fraudem atque malitiam obvelare
 „contendunt. Ceterum cum publicis
 „etiam novarum istarum partium
 „nuntiis deprehenderimus, delibera-
 „tionem hanc tuam ab omnibus nova-
 „toribus ingenti gaudio plausuque ex-
 „ceptam fuisse, eosque in spem ere-
 „xisse, alia insuper ipsis propitia a te
 „extorquendi, minime vero dubitemus,
 „quotquot sunt, melioris causæ pro-
 „pugnatores gravi propterea offensione
 „commotos esse. „

Quapropter Pontifex hunc Episco-
 pum die decima quinta Martii vehe-
 menter obtestabatur, ut Religioni, ani-
 marum salutem, suæ etiam famæ & con-
 scientiæ illata detrimenta sarcire at-
 que conceptam ab omnibus bonis of-
 fensionem quamprimum e medio tol-
 lere

lere curet, eumque in finem abroget **Sæc. XVIII.**
 iterum, quam prædictis refragariis **A. C. 1718.**
 immerito reddidit, facultatem, vali-
 disque remediis ipsorum proterviam
 coercere non desinat, ut quos pastoralis
 Mansuetudo non flexit, canonica tan-
 dem districtio ad obsequium redire
 compellat.

Die autem quarta Septembris idem
 Episcopus Pontifici significabat, falso
 a Refractariis fuisse sparsum, quod a
 castris veritatis ad rebellionis signa de-
 sciverit, hinc a Papa desuper responso die
 vigesima septima Septembris honoratus.
 Denique Pontifex die decima Maij ad
 Franciscum Toletanum Archiepisco-
 pum, qui anno priorj die primo Octo-
 bris Constitutionem *Unigenitus* ab Hi-
 spaniæ Præsulibus non modo reverenti
 silentio, sed publica voce fuisse rece-
 ptam, Pontifici significabat, necnon
 ad Emanuelem Cæsar-Augustanum Ar-
 chiepiscopum & ad Rectores, Decanos,
 ceterosque Doctores Complutensis uni-
 versitatis & Granatensis Collegii lite-
 ras dabat, in quibus eos plurimum
 commendabat, eoquod decreto typis
 edito ab omni communionis specie cum
 Doctoribus Parisinis præfatæ Constitu-
 tionis obluantibus abstinendum esse
 censuerunt, eosque, qui obtemperare
 detre-

Sæc. XVIII. Retrectant, arguerunt, atque ad viam
A. C. 1718 Justitiæ revocare contenderunt.

Præterea Cyrillo Archiepiscopo Damasceno Ritus Græci Pontifex datis literis die vigesima prima Maij ingens suum explicabat gaudium, quod ex illius ad Romanæ Ecclesiæ gremium reditu, atque orthodoxæ fidei professione Romam transmissa conceperat: cum autem hic quædam proposuisset dubia, eorum decisionem Pontifex unacum peculiari instructione pro *spirituali suo*, suique gregis Regimine illi submitit, eumque hortatus est, ut Catholicæ Religionis cultum sedulo promovere, & Congregationi de *propaganda fide* decretis morem gerere velit.

Sub idem tempus Avenionensis Urbis Primores Josephum Dominicum de Garcin Romam mittebant, supplicantes, ut eximerentur ab extremis angustiis, in quas a Regiis Tribunalibus, Mercatorum Lugdunensium intuitu, coniecti fuissent. Horum ergo precibus inclinatus Pontifex die quarta Junii Philippo Aurelianensi Duci ac Franciæ Moderatori exposuit, quod ab omnibus Franciæ Regibus a Francisco usque ad Ludovicum XV. Regiis diplomatibus cautum fuerit, ut Avenionenses iisdem privilegiis, exemptionibus &c. potiantur, ac ceteri Regis sub-

subditi, nec id ex Regia duntaxat munificencia, sed ob insignia merita, quæ Avenionenses apud Franciæ Reges sibi omni tempore compararunt, eapropter justitiæ & æquitati adversari querebatur Pontifex, ea decreta rogatu Mercatorum Lugdunensium ab istius Regni Magistratibus dudum quidem lata sed proximis tantum hisce annis, sicut accepit Papa, executioni demandari cæpta, quibus præcipitur, ne sericum, & serica opificia, quæ Avenione conflari solent, Lugdunum perferantur, ibique pro ipsis non illud vectigal a cæteris Gallis Coronæ subditis exigi solitum, sed illud longe gravius, quod mercibus externarum Regionum impositum est, omnino pendatur. Cum ergo decreta per hæc mercatores Avenionenses pristina liberi commercii facultate orbat, & ab inusitato hoc, atque immodico vectigali detenti serica opificia, quæ in dispendium potius, quam lucrum sibi cedere perspiciebant, fere penitus intermiserint, adeoque maxima pars Artificum utriusque sexus, quæ ex ejusmodi operibus victum sibi comparabat, e prædicta civitate discedere, & in alias longinquas Provincias ad alimenta vitæ quærenda migrare compulsæ fuerit, inde acerbus dolor omnium animos

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

E e e

„mos

Sæc. XVIII., mos occupavit, coacto sponso conju-
 A. C. 1718., gem, Natos parentes, coacto Patre
 „liberos deserere, coactis etiam pleris-
 „que cum numerosa sobole, & ma-
 „gna rei familiaris jactura solum ver-
 „tere, & a Patria charissima abire,
 „perinde ac si bellum in ea arderet,
 „sæviret fames, aut pestilentia grassa-
 „retur. Artificum digressionem neces-
 „sario consecuta est commercii cessatio,
 „ob quam ipsa civitas ut accidere solet,
 „a florente fortunæ statu in miseri-
 „mam decidit conditionem. Publicis
 „hisce & plane gravissimis Avenionen-
 „sium malis remedium afferre eorum-
 „que luctum abstergere, quin etiam
 „mærorem, quo ipse Papa premebatur,
 „sane ingentem levare Tu solus potes.
 „dilectissime in Christo Fili Noster, ubi
 „scilicet abrogari mandes, quemadmo-
 „dum impensissime a Te flagitamus,
 „nova ejusmodi decreta, vel saltem
 „cures ita temperari, ut iidem Avenio-
 „nenses illis exemptionibus, Privile-
 „giis ac libertatibus perfrui pergant,
 „quibus ante Annum 1687. pacifice
 „perfruebantur, & quoad vectigalia,
 „quæ pro serico sericisque opificiis
 „pendi solent, nulla prorsus inter Gal-
 „los Regiæ coronæ subditos differentia
 „constituatur.,

Nuntiatum erat Pontifici a Petro ^{Sæc. XVIII.}
 Venetiarum Patriarcha, quod in Ve- ^{A. C. 1718.}
 netam Græcæ Nationis Ecclesiam, ex
 hominum malitia crebri abusus jam
 dudum irreperint, cum autem idem
 Patriarcha ad tollendas hæc corruptelas
 multa pie ac provide hæcenus
 constituisset, eapropter Pontifex die
 decima quinta Julii eundem ad horum
 decretorum observantiam hortatus,
 eidem commendabat, ut deinceps Ca-
 tholici duntaxat perspectæque probita-
 tis Capellani in præfata Ecclesia ad-
 mittantur.

Jam supra meminimus, pecunias ^{Pag. 677.}
 ad construendum Nationis Scoticæ semi-
 narium ab Electore Bavaro suppedita-
 tas fuisse, cum autem Godefridus Ec-
 clesiæ Ratisbonensis Suffraganeus at-
 que Episcopus Germanopolitanus am-
 plam ibidem domum in usum hujus
 Seminarii suis sumptibus exstruxisset,
 hinc Pontifex die decima quinta Julii
 hujus Præfulis pietatem liberalitatem-
 que promerita laude commendabat.

Agebatur de conjugio a Jacobo III.
 Angliæ Rege cum Principe Clemen-
 tina Jacobi Ludovici Sobieski Polo-
 niæ Regii Principis Filia ineundo: cum
 vero Georgius Angliæ Rex has nuptias
 præpedire intentus, apud Carolum Im-
 peratorem perinde ac si eo conscio ac

Sæc. XVIII. urgente hoc matrimonium fuisset con-
 A. C. 1718. ciliatum, vehementer quereretur, hinc

Cæsar a se omnem consensus suspicio-
 nem remoturus, Sponsam, dum in Ita-
 liam contenderat, Oeniponti captam
 detineri iussit: quo percepto Pontifex,
 ut ea libertati redderetur, die quinta
 Novembris Cæsarem impense hortatus
 est, cum timendum esset, ne hic Rex
 A catholicam Principem duceret, da-
 tis quoque ad Sponsæ Patrem literis
 die decima Octobris eundem hortaba-
 tur, ut ipse etiam obstacula huic con-
 nubio interjecta tolli, illudque cum hac
 Principe, quam Clemens Papa primis
 sui Pontificatus annis e sacro fonte sa-
 sceperat, quantocius ad optatum exi-
 tum perducere, omni ope ac studio cura-
 ret: Jam antea autem præfata Prin-
 cepts fuga elabendi opportunitatem
 nacta connubium perfecerat.

Jam anno Domini supra millesimum
 sexcentimum nonagesimo nono die
 vigesima quarta Octobris annuente In-
 nocentio XII. Papa Joannes Andreas
 Princeps, & Magnus Magister Militiæ
 Aureatæ Constantinianæ sub titulo
 S. Georgii & Regula S. Basilii institutæ
 Magisterium in favorem Francisci Far-
 nesi Parmensis Ducis, ejusque Filio-
 rum, ac descendentium in perpetuum
 renuntiabat, postea vero Gustavus Leo-
 poldus

Eadem quoque S. Congregatio die de- Sæc. XVIII.
 cima nona Decembris sub poena ex- A. C. 1718.
 communicationis latæ sententiæ præ-
 cepit, ut intra triginta dies denuntient
 eos, quos aliter, quam in Constitu-
 tione *Unigenitus* continetur, docere, loqui
 &c. aut damnatas propositiones defen-
 dere, Bullam impugnare &c. aut de Con-
 stitutione ejusque censuris obloqui, eas
 vituperare &c. vel contra eas libros spar-
 gere, legere, vel quovis pacto debitam
 obedientiam recusare noverint. Insu-
 per die vigesima secunda Decembris
 S. Indulgentiarum Congregatio sum-
 marium quoddam Neapoli 1716. edi-
 tum indulgentiarum Trinitariis conces-
 sarum prohibuit, eoquod falsas indul-
 gentias contineret. Die etiam vigesi-
 ma septima Januarii per decretum
 S. Congregationis Rituum assignatus est
 in Capellis Pontificiis locus post om-
 nes Generales & Procuratores Genera-
 les Generali & Procuratori Generali
 Ord. B. V. de Mercede. Motum erat
 dubium in Diæcesi Æsina, an in Vigi-
 lia Epiphaniæ Missæ votivæ & defun-
 ctorum celebrari valeant? & sacra Ri-
 tuum Congregatio die decima Decem-
 bris respondit, negando.

poldus Princeps de Dupont a quibus-
 dam Ordinis Equitibus in Magistrum
 fuit electus, sui que electionem a præ-
 fato Pontifice confirmari petiit, &
 quamvis Pontificium diploma Farnesii
 concessum eidem objiceretur, Fran-
 cisco tamen Valentino de Luca Ord.
 SS. Trinitatis, & Bartholomæo Peni-
 pontio Ordinis S. Hieronymi habitum,
 Crucemque militiæ tradidit: Re in con-
 troversiam acta Innocentius Papa hoc
 negotium Congregationi Cardinalium
 discutiendum commisit, mortuo autem
 hoc Pontifice decretum seu Apostolicæ li-
 teræ non fuerunt expeditæ: nunc au-
 tem Clemens Papa die vigesima secunda
 Aprilis huic decreto inhærens, præfati
 Principis Dupont electionem irritam
 nullamque esse declaravit, & utrum-
 que Monachum ad sua claustra revo-
 cari præcepit, & quoniam Franciscus
 Parmensis perpetuus Magister nova Or-
 dinis statuta innovavit, adscriptisque
 Militibus Nobilibus duo peditum mil-
 lia in Venetorum subsidium contra Tur-
 cas submisit, hinc Pontifex die vigesi-
 ma septima Maij ad præfati Francisci
 preces indulgit, ut Ecclesia B. V. della
 Steccata nuncupata in Ecclesiam Ordi-
 nis Conventualem certamque Sedem
 prædictæ Militiæ convertatur, simul-
 que *Pia Domus de Misericordia* unacum

Sæc. XVIII.
 A. C. 1718.

Sæc. XVIII. omnibus ejusdem bonis & redditibus
A. C. 1718 adjungatur:

Cum autem Philippus V. Hispaniarum Rex, ut jam supra memoravimus, terrestres, & maritimas copias non adversus Turcas, sed contra Cæsarem educeret, hinc Pontifex die quarta Junii annum subsidium quadringentorum & viginti millium Ducatorum & primas decimas ex bonis Ecclesiasticis pro bello Turcico eidem Regi concessas aliaque privilegia suspendit, & pro non concessis haberi voluit.

§. LXXXI.

Quædam Sacrarum Congregationum decreta & decisiones.

*Bullar.
Magn.
Part. II.
pag 403.
S. Congr.
Off. Rit. &c.*

Sacræ etiam Romanæ Congregationes pro rerum temporumque necessitate varias ediderant Constitutiones, & quidem Congregatio S. Officii die trigesima prima Martii declaravit, Sacro Officio denuntiandos esse Hæreticos vel de hæresi, aut Magia suspectos, vel ejusmodi libros retinentes, cum voto solemnî matrimonium ineuntes, poligamos, in Confessionali ad turpia sollicitantes, blasphemos, conventicula contra religionem frequentantes, ad Judaismum vel aliam sectam inducentes, & laicos Missam celebrantes,
Eadem

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

§. LXXXII.

Opera & obitus Scriptorum Ecclesiasticorum religione Catholicorum.

*Nicéron.
tom. I.
pag. 463.*

Hoc item anno plures ex Scriptoribus Ecclesiasticis mortis invidia Orbi literario erepti sunt, hos inter præcipuus est Stephanus Baluzius; qui adversantis fortunæ procellis per plurimos annos jactatus, nunquam animum a labore relaxabat: Scripsit *Anti-Frizonium*, in quo libro *Purpuratam Galliam* Petri Frizonii Sorbonæ Doctoris ab erroribus expurgavit: Edidit etiam dissertationes de ætate S. Sacerdotis Lemovicensis Episcopi, de sanctis Claro, Laudo, Ulfardo, & Bacemado: emendatos etiam edidit octo libros Petri de Marca de Concordia Sacerdotii & Imperii, notisque illustravit Salviani Massiliensis, & Vincentii Lirinensis opera, necnon Servati Lupi Ferrariensis opera, & S. Agobardi Archiepiscopi Lugdunensis libros, atque Leidradi & Amulonis Lugdunensium Archiepiscoporum opera & epistolas, præter Concilia Galliæ Narbonensis, & S. Cæsarii Arelatensis Episcopi Homilias. Pariter notas adjecit Reginonis Prumiensis libris duobus de Ecclesiasti-

sasticis disciplinis, & religione Chri- Sæc. XVIII.
 stiana: Rhabani epistolam ad Heribal- A. C. 1718.
 dum, Antonii Augustini Tarraconensis
 Dialogum, Marii Mercatoris opera,
 Petri Gallandi vitam Petri Castellani,
 Capitularia Regum Francorum, Mar-
 culfi Monachi, aliorumque formulas,
 Lactantii librum de mortibus persecu-
 torum, Epistolas & gesta Innocentii III.
 illustravit, quæ opera continentur in Ba-
 luzii miscellaneis. Supplevit etiam in sua
 nova Collectione Conciliorum, quæ in
 Labbeana desiderantur, sicut & Marcam
 Hispanicam, & alia opuscula Petri de
 Marca, quæ hucusque nondum in lu-
 cem edita fuere. Scripsit denique Vi-
 tas Pontificum Avenionensium, Histo-
 riam Genealogicam Alvernianæ fami-
 liæ, Historiam Tutelensem, epistolas
 ad P. Tournemine de ejus editione S. Cy-
 priani, epistolam ad Renodotium de
 vita & morte Caroli du Fresne, ac
 denique opera S. Cæcilii Cypriani re-
 cognovit, illustravitque. Obiit Parisiis
 die vigesima octava Julii anno ætatis
 suæ octogesimo octavo. II. Stephanus
 Rassicod edidit annotationes in Conci-
 lium Tridentinum, suamque operam
 contulit ad conficiendum Diarium Eru-
 ditorum. III. Philibertus Collet scri-
 psit tractatum de excommunicationi-
 bus, tractatum de usura, colloquia
 E e e 5 circa

§. LXXXIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1718.

*Quidam Scriptores A catholici hoc
anno mortui, eorumque
opera.*

Ex Scriptoribus A catholicis, qui hoc anno obi-
ere, suis lucubrationibus celebrius sibi nomen compararunt. I. Joannes de la Placette Calvinista, qui posteris reliquit tractatum de superbia, novum doctrinæ moralis specimen, observationes Historico - Ecclesiasticas, de potestate Pontificis in definiendis fidei rebus, mortem justorum, tractatum de conscientia & restitutione, dissertationem de insanabili Romanæ Ecclesiæ scepticismo, tractatum de fide Divina, communionem devotam, tractatum de auctoritate sensuum contra Transubstantiationem, de bonis operibus, synopsis Christianæ morum doctrinæ, reflexiones Christianas in diversa moralitatis capita, tractatum de Eleemosyna, & juramento præter plura alia polemica. II. Caspar Lœscher scripsit Opusculum victorem, obicem Calvinianorum syncretismo positum, tractatum de latrocinis Pontificiorum, Palladium Calvinistis ereptum, amœnitates Evangelicas, nucleum Theologiæ, consensum orthodoxum

Svidæ Lexic.
Bibl. Brem.

Sæc. XVIII. circa decimas, eleemosynas, aliaque
 A. C. 1718. dona Ecclesiæ facta, Historiam ratio-
 nis, discursus de clausura Monialium,
 discursus commensales, crisin contra
 Trivoltientes præter plurima alia ad
 naturæ Historiam spectantia. Obiit Ca-
 stellione die trigesima prima Martii an-
 no ætatis septuagesimo sexto. IV. Ja-
 nus Vincentius Gravina publici juris
 fecit hydram mysticam seu de corrupta
 morum doctrina dialogum, acta Con-
 sistorialia creationis Cardinalium Li-
 bros III. de origine juris civilis, de
 Romano Imperio, de veterum fabulis,
 epistolam de contemptu mortis, &
 luctu minuendo, dissertationem de do-
 ctrinarum conversione præter alia o-
 puscula & orationes. V. Antonius
 Augustinus Touttée Benedictinus Con-
 gregationis S. Mauri concinnavit no-
 vam editionem operum S. Cyrilli Je-
 rosolymitani unacum præfatione &
 dissertationibus & tres epistolas Theo-
 logi ad quemdam Episcopum, circa
 quæstionem, an confitendi & absol-
 vendi facultas Jesuitis sit permit-
 tenda?

Sæc. XVIII. doxum in loco de Christo, Theologiam
A. C. 1718. theticam & nonnulla alia. III. Mi-
 chael Le Vassor Apostata, typis vul-
 gavit Paraphrasin in Evangelia SS.
 Matthæi, Joannis, Epistolas S. Pauli
 ad Romanos, Galatas & in Epistolam
 Catholicam D. Jacobi & tractatum de
 vera religione: hæc adhuc Catholicus
 scripserat, postquam vero a fide de-
 fecerat, scripsit tractatum de modo
 examinandi diversitatem Religionis,
 epistolas F. de Vargas, Petri de Mal-
 venda, & quorundam Hispaniæ Epi-
 scoporum circa Concilium Tridenti-
 num, & Historiam Ludovici XIII. Re-
 gis IV. Adrianus Reland prælo subje-
 cit decaden exercitationum de nomine
 Jehovah, antiquitates Sacras veterum
 Hebræorum, elenchum S. Scripturæ,
 orationem de Galli cantu Jerosolymis
 audito, Palæstinam ex monumentis
 veteribus, librum de spoliis Templi
 Jerosolymitani, & de usu antiquitatum
 Sacrarum præter plurima alia. V. Ca-
 spar Horn scripsit tractatum de Clerico
 Clericum non decimante, de Eccle-
 siasticis Beneficiis sine diminutione
 conferendis, de jure patronatus, de
 præstationibus Parochianorum & do-
 talium, & alia Juridica opuscula. VI.
 Joannes Rodolphus edidit analysin Ca-
 techeseos Heidelbergensis, Dialogum,
 An

An Minister Ecclesiæ debeat esse regeni- Sæc. XVIII.
tus, credenda de Deo &c. VII. Ja- A. C. 1718.
cobus Bernard scripsit de sera pœni-
tentia, acta pacis Rysvicensis, & de
excellencia Religionis, VIII. Joannes
Schlemmius edidit dissertationem de
fatis Imperiorum, de imaginibus ve-
terum, de triumphis & acclamationi-
bus veterum, præter alia Exegetica.
IX. Hermanus Roel vulgavit commen-
tarium in Epistolam ad Hebræos, di-
sputationes de religione naturali, de
Theologiæ supernaturalis præstantia,
de generatione Filii & morte
fidelium &c.

